candus, vt de naturali fiat meritoria scia: et offerat sicut sacrificiū deo altissimo, p gras actiões cū abel iusto, z cum eo cogitet aliqd bonū in honorez dei. Aduerte in oibus q̄ h oia coinq̄nāt nō satiāt: z inuenis in eis mau scam p gratiā spero altissimi. Nunq̄ capi es gradū in medicina q: nec lucruz nec bñfi/cia cū gradu intēdo acquirere. Sic nec gradū in legib⁹ vel canonibus, q: finis graduū est vel lucrū vel bñficia, vel inanis iactantia vel gloria mūdi: q̄ cū ad lucz vel bñficia nō ordinant, simplr inutiles sunt: z supuacue z stultissime res z cōtra deū z oēm libertatē et puritatē sunt, et homo cū illas appetit, cadit in mala plurima, z peiores sunt lucris z bñficijs. Item nullā artē studere: nullum libruz facere, nullū iter arripe vel laborē, nullā practicā scie exercere ad dilatandā famā mea am: z nomen scie mee, z ad habēdos honores vel gratitudinē quoruncūq̄ vel ꝓpter memoriā meā post me derelinquendā. Si eniz ꝓpter hec, talia vel aliquē actū fecero mercedē in eis ponēdo, non reddit mihi apud patrē qui in celis est: z si quid taliū ꝓpter bonū z mercedē eternā semp faciā. Unde dilatatio nois oi modo vitet. Item q: hec inanis gloria memoria z fama etiā p philosophos tam excellēter est reprobata: vt vir eā aliqs dignus laude admitteret. Et si veniret laus ex ope ꝓpter deum facto, de q̄ intētio fuerit occulta: licet h̄ opus luceat, redde altissimo laudē illā z gloriā. Item ꝑm bernardū, nullū verbū ꝓferas de q̄ multū religiosus vel sciētificus appareas. Item oēm disputationē publicā vitare z abhorrere q̄ est litigiosa vel ad triūphandū vel ad apparendū, sicut sūt oēs disputatões theologoruū z artistarū parisius imo nec ad discendū interesse: ptz q: contra quietē sunt z lites z dissentões fiunt, z inutiles z semp curiose: z vt plurimuz superstitiose aiales diabolice z terrene ita q̄ doctrina sepe nociua z sp inutilis est: z cōsumptio tpis inutilis est. Interim possis lucrū spūale acq̄rere vel ofone in merito vel studio alicui⁹ deuoti. Item nunq̄ disputabo cū quocūq̄ priuate, nisi ꝓordinet certus finis euidentis boni, z nisi talis sit, q̄ me velit audire: z cū quo possum sine litigio ꝓferre z modeste, nisi malicia rigorē requireret ꝓpter bonū subseqns z hoc nunq̄ nisi bñ deliberate: ptz q: semper in bono fine oīs res debet ordinari in laudē dei, hoc est semp orare. Unde nō differas cū eo nisi qui veritatē cōcedit. Item nunq̄ studebis ad capiendū graduz in theologia vel niteris ad hoc: q: lucrū z bñficia nolo consequi vel famā: et sciam equaliter possum hr̄e sine gradu. Item cōium est carnale z carnaliter sapiunt. Item in multis trahereris a salute ꝓximi. Item ab ofone, a puritate mentis z abstractōe. Item multis vanis lectionibus oportet interesse: z multitudini hoim in q̄bus hō inquinat et diuaricat. In legibus z in medicina nūq̄ studebis: nisi casu occurrente, in q̄ possis aliqd boni facere cum eis. Nihil eīm nutriūt in se sed mentē diuertunt: sed amore cōcordie vel casu necessitatis vel casu mirabili se offerēte in legibus pōt videri z p ꝓprio corpe vel socij in medicia. Sūt eīm res seculares in q̄bus magis cōgruū est pati aliorū ꝓsilia q̄ dare. Item theologis monachis z legē dei desiderātibus ꝓhibent leges z medicina. Item nō dabis dubias medicinas, vel dubie infirmitati quascunq̄ medicinas vel cuicūq̄ egroto nisi maxia necessitate modicū dicas: vbi alius haberi nō possit. ℞ alias nunq̄ te intromittas. Item vides quantū boni viri gaudent liberati a practica eius. Item in nullis causis placiti vel cōtrauersie cōsulas vel intromittas nisi euidēter cōstaret tibi, q̄ sibi calumnia euidens fieret, z nisi miserabilis z nisi causa tota pia esset, vel manifestissimoruū maloruū fieret repssio, vel pauperū suppressio: z si equa mente seruata possis te intromittere, et post intromissionē te retrahe, ita q̄ reliquiarū cure nō manerent: z i hoc caute attende, q̄ amicitia vel consanguinitate vel odio nō mouearis, z si amicus vel consanguineus vel odibilis aliquando tibi, inuestiga intra te si esset alienus vel nō odibilis si idem faceres: patet satis, quia conditio felicitatis in rustico est q̄ non vidit ꝑm virgilium ferrea iura insanum q̄ forum. Item Lorā officiali vel iudice spirituali ꝓ nullo amicoruum vel consanguineorum vel aliorum fauore cōparebis: nisi vrgeret maxima necessitas pietatis, z tunc alium procuratorem mittere debes si necessitas requirat z met non ire. Ex hoc nanq̄ turbat quies mentis si ires z strepitui et naufragio mūdi te intromitteres: in omnibus alijs mitte mortuos sepelire mortuos suos. Lorā scabinis vel iudice seculari in dauentria nō comparebis: nisi in similibus necessitatibus quia amici tui omnia hec tractāt satis corā scabinis. Nunq̄ de quibuscūq̄ hoim cōtroversijs nisi vt supra te intromittas, nisi ad cō

ponendū si in breui ⁊ sine strepitu cōponi ꝑt ⁊ vbicū q̄ etiā ꝓpositio fieri debet si eque bñ ꝑ aliū fieri pōt nō te intromittas ⁊ hoc semp cōsiderā: sed ꝓpter tuā quietē pacē quā poſſes verisiliꝝ ordinare nō dimittes. Item Qñ cunq; aliquis tuus cōsanguineus verberaꝝ interficiꝝ vel molestaꝝ: nunq̄ iniuriantē molestabis: nunq̄ ꝓsiliū in malū eius contra eū dabis: nunq̄ os tuū cōtra eū obturabis vel eum vitabis. vel potiꝰ cōsolatorie monebis. vel ad pacem reduces. Et si volunt vindicare amici a vindicta eos remouebis placitis verbis: ⁊ iniurijs ne inferant. Tu met dimittes oībus ⁊ exemplū tale ꝑbebis quāto magis alios monebis. Item facta amicorum ⁊ cōsanguineorū vel dñorum nunq̄ tractabis: nisi mera pia sint ad miscōiam ⁊ pietatē ⁊ iusticiā declinātia ⁊ q̄ ꝑ alios eque bñ fieri non possunt: malū esset etiā ꝓpter ꝓtēplationē pietatē ⁊ iusticiā qō ꝑ aliū fieri nō posset deserere ⁊ ꝓmi vtilitates pias.

De sacris libris studendis.

Euertor ad scientias. Radix studij tui ⁊ speculū vite sint primo euangeliū xp̄i: q̄ ibi est vita xp̄i. Deinde vite ⁊ collatões patrū. Deinde epl̄e pauli ⁊ canonice ⁊ actꝰ apl̄oꝝ. Deinde libri deuoti. vt meditatões bernhardi ⁊ anshelmi. Homologium. De cōsciētia bernhardi. Soliloquiorum augustini ⁊ consiles libri. Item legēda ⁊ flores sctōꝝ. Instructões patrū ad mores sicut pastorale gregorij. De ope monachali beati augustini. Gregorius sup iob et silia. Omelie euāgeliorū sctōꝝ patrū ⁊ q̄tuor doctorū. Intellectus sctōꝝ patrū. ⁊ postille super epl̄as pauli q̄ cōtinue in capl̄is ecclesie. Studium in libris salomonis parabolaruꝫ: ⁊ ecclesiastes ⁊ ecclesiastici q̄ continue in ecclesia in lectionibus ⁊ capl̄is orabo spū ora/bo ⁊ mēte. Studiū ⁊ intellectus psalterij q̄ ꝓtinue in eccl̄a sctōꝝ patrū psallā spū psallā ⁊ mente. Librorū moysaicorū studiū hystoriarū. iosue iudicū ⁊ regū ꝓphetarū: ⁊ expositiões patrū in his. De modo trāscurrendi decreta ꝓpter scire instituta maiorū ⁊ ecclesie. nō ad incorpandū sed trāscurrē: ne ignorātia iuris pietatē vertas in inobedientiā vt videas grossos eccleſie primitiue fructꝰ. vt scias a quibus debes cauere ⁊ a q̄bus monere cauendū. Omni die q̄ potes debes audire missam ad finē. laicis em̄ p̄ceptū ē in dñicis: vt de conse. dis. j. c. missas clericis singulis diebus vt in glosa ibidē. Item in ecclesia maneas diebus festis vsq̄ misse solēnitas ꝓpleaꝝ. Itē corpali nature iuuamē ē ad deuotiōꝫ cātus vt scis ꝑ expiētiā. Surgēdū semp in euāgelio ⁊ standū est: vñ de ꝓse. j. c. dō. Aplica auctoritate mādamꝰ vt nō sedentes ꝙ venerabiliꝝ curui stantes simus: ⁊ in cōspectu euāgelij. In v̄bo venerabiliꝝ includiꝝ honorē tribuendū euāgelio. vñ ⁊ in verbo q̄ dicit. Attēte v̄ba eius audiāt ⁊ fideliter adorent: id est venerēꝝ ꝑ ꝓpositionē corpis. Corporales veneraciones sunt in curuitate: scōo in capucio deponēdo ex ꝓsuetudie tercio inclinare ad verbū Jh̄s et Maria. q̄ hoc hñt deo deuoti. Itē cum legiꝝ euāgeliū mens nō debet aliā sibi ofonē ꝓponere: vel aliā lectionē. cui dꝫ intendere. Pluriꝰ intētus miorē attentio ad singnla. Precipiunꝝ enim v̄ba euāgelij et scripturaꝝ apl̄i in solēnitatibꝰ attēdere ꝑ cap̄. Qñs de ꝓse. d. ꝑma. Frustra audire esset nisi attēderemꝰ. Itē nihil legere nihil q̄ meditari q̄ attēdere pñs debitū est seu debemus euāgelio: a quo ꝟtrahimꝰ oñe quod vel dicēdo vel meditādo pagimus. Itē curuatio nr̄a illis v̄bis et veneratio corpalis: signa sunt venerationū mētaliū. Signa falsa sunt: nisi signata eis respōdeāt Itē illoꝝ mētaliū hec exteriora inductiua sūt ⁊ sic sunt frustra si eis nō correspondērēt. Itē plus ore ⁊ mēte venerari est: q̄ solo ore vꝝ capucio. Vñ audeā capucio audiā aure audiā ⁊ mēte: alias est sicut cymbalū tynniēs aures sonans. Nō sunt mihi voces aut loq̄le quoꝝ sermo a me non ꝑcipiꝝ. Itē genuflexo. capite nō velato: dorso inclinato stabis post ꝓsecrationē sacramēti si ipsum vel calicē videre valeas. Humiliꝝ illa adoratio et bassatio corpis decēs deo rmēti ꝓgrua i iuuamē deuotōis oī modo imo aptior inclinatio capitl̄ sup cubito vt scis Maxime enī seruus teneꝝ reuerentiā dño in in pñtia dñi. Incuruatio est mirabiliter apta incuruationi mentis ꝓpter ꝓportionabilem fantasmatem motione. Quando es remote vel videre nō possis. iaceas capite declinato ⁊ ora i abscōdito deū tuū: a sctūs vsq̄ ad pacem. ⁊ deinde siue capias siue nō vsq̄ ad euāgeliū scti iohānis. Pacē venerabiliter ⁊ deuote sumas q̄ cōtactꝰ ē dñici corpis ꝑ os sacerdotis. Nōne veronica adoraꝝ: Nōne pictura xp̄i non xp̄i dedicata corpe adoraꝝ: Mā si deles solebāt cōicare oēs in primitiua eccl̄ia loco cuiꝰ cōicationis datur pax quasi aliq̄d dñicatōnis corpis xp̄i. Ratio. quare non its cōiter daꝝ corpus opinor. q̄ in primitiua ec-

clesia meliores erant feruēte sanguine xpi: et religio stetit in vigore z culmine. q̄ est iam antiquata. Unde z sibi subtrahit xps corpora liter: sicut spiritualiter se subtraxit. Cū pax venit sis paratus ac si capias corpus xpi: et tunc leua desideriū z te prepara. Q; si sacrm corpalit manducare nō vales saltē spūaliter māduces. Post cōionē talez ex pace oportet desideriū tuū manere z diu durare itus. Si tū euagari incipias sicut solet tibi cōtingere. q̄ p te cogitas que non ꝓdinasti: vade ad passionē xpi. Jtē a sctūs sctūs prepara te ad videndū sacrm. Mūqd solēt oēs se pparare ad videndū regē a quo z videant: Post visionē pparate ad ipsum māducādum z nihil aliud facias: q; tūc pūtia xpi opatur et iuuat infirmitatē tuā z sic ad sacrm amore exciteris hoc ptz p hoc qđ dicit surſuz corda: z habemus ad dñm. Jtē sp appropinqua sacerdoti quātū honor ꝓmittit vt audias missaz. vt videas sacrm z in pūtia ei⁹ sta. Mūq̄ vis alicui cōsulere vel dicere nisi deuotissimo vel iuuare vt ordinet. Primo ꝓpt dicta q̄ ad officia ptinēt q̄ fieri deberēt z nō fiunt vt ptz in. iij. sentētiarū z in decretis. Scđo ꝓpt symoniā q̄ cōiter inuenit. Tercio ꝓpt inutilē statū ecclesie. De abstinentia. vident bone f non promisse: primo suare precepta ieiunia. scđo nunq̄ cōmedere carnes. Rationes habes in margere decretoꝝ de ꝓsecratione. v. distinctione. vbi. tercio aduentuz z septuagesimā semp ieiunare non sine causa dimittere. q̄rto q̄tidianū ieiunium sit non satiari totaliter ni si frigus impediat. Hoc suadent philosophi omnes: precipue seneca z arestotiles. Dum adhuc appetitus durat. manum retrahe. sed male scitur sattetas. sed eaz sic cōsidera quātum velles comedere si omīno liceret tibi vsq̄q̄q̄. z de illo appetitu durāte aliq̄d trahas qđ tibi rōnabile videt: q̄nto iuꝝ finē comestionis vel vltimū ferculū delibera q̄ntū comedisti z q̄ntū eēs adhuc comestur⁹: si cōtinuares z de h reseca. seqt vt ꝓcedit ista ꝓcedēte: sexto i principio cū ppare incipis: delibera ꝓmestionē tuā z ei⁹ q̄ntitatē. Septimo caue plus q̄ ab vno piro cocto p⁹ cibū nec multū magnū: z tria paruissima. Octauo sep in nocte cōmedere infra horā quartā et q̄ntā. nisi hospites. infirmitas vel accidens aliud. iter vel hmōi ipediuerit. Probat p causas. Primo hoc digestioni ꝓuenies vt cibet in stomacho nō corrūpat i vigilia p hoc q̄ calor sit nimis modic⁹. Scđo ꝓpt studiū vel aliud ipedies digestionē in vigilia: sicut solicitudo z tristicia. Tercio ne digestionē ipediat potus suptus. Quarto ne potū sūpsumere tibi conscientiam faciat qđ sepe ꝓtingit. Quinto ne crudū pomū: species vel alia te tēptent p diē. Sexto q; somn⁹ est melior q; plenus venter libenter dormit. Septimo q; tunc studium z ofones diei minus ipediūt somnū. Octauo ex hoc fiet vt ita cito dormitū z vna hora sp. Nono ex hoc fiet vt vnus somn⁹ ꝓtinu⁹ ppt tempestiuā dormitiōez. Decimo non tenebit te delectatio studij nimis ad noctē. Undecimo q; tūc habes totā diē in laborib⁹ z ofonibus. Duodecio q; tūc tota vigilia tota est sobria z ieiuna subtilis z apta ad deū z opera. Jtē plus appetit hō cibū q̄ cōmedit quā ieiunus sic nō pt se hō abstinere existēs iuxta vel in mēsa. Jtē ab exaltatōe sctē crucis vsq̄ ad pasca nō nisi semel cōmedere hoc ē carthusiensiū z bernarditarū z alioꝝ. Jtē hoc incipit in septēbri circa eqnoxiū z durat vsq̄ ad eqnoxiū fere vernale. Jtē in magno rigido pl⁹ cōmedere licet nō tñ nisi semel q; hoc est dotrina ypocratis. Jtē h adiuuat te ad resistē dū frigorib⁹: q̄bus vix alias posses resistere Cū potes vna hora vel media plus dormire Jtē q̄n bis cōmedēdū est tūc modicū de paruo digestibili. vt vnū ouū. non plus. vel magis aliq̄ siccātia vt panē et vinū: vel spēs cū pane modico si tñ vinū zc. q; ꝓdigestiōe fiūt hic rōnes sic supius vbi de nocte cōmedēdū cōcludit. Jtem vellē posse nūq̄ bibere vinū sine causa q̄ūsq̄ essem san⁹ ne ꝓtra doctrinā pauli agerē: est enī in eo luxuria. Jtē expēse nimie. Jtē p⁹ prādiū z añ. z int prādiū nūq̄ bibere: nisi infirmitas vel causa maxia q̄ rō dictaret. Jn labore z p⁹ laborē nullo mō bibere nisi cedata calefactōe: hoc sanū corpi et āie. Nulla satietas trahat te ad potandū int hōras vel ieiunia frangēda: bonū est inicere pedes in cōpedes sapie. Jtez sit tibi hora ad plegēda ea que scribis in hoc libro q; hoc ordinat statū tuū. Videt mihi q̄ pfes in defto breues et crebras ofones fecerūt: ex eo vt sp ꝓtinue cor eleuet ad dñm. z nō in res fundat sed abstrahat a rebus z sic faciendū est. Cōsiliū in noie dñi. q̄ sp ferijs quartis ieiunē. nisi infirmitas vel rōnabilis causa obstiterit: vt non habeā tñ tanq̄ fixū. s tāq̄ ad qđ niti debeo. sil⁹ sabbatho z feria sexta. Die nanq̄ ferie quarte iudas tradidit dñm. z sexta crucifixus. z q̄ nō ieiunat videre tradere vel crucifigere xpm cum crucifigētib⁹ sine necessitate.

Eo plus teneor quia cleric⁹ sum de sorte dñi. Itē sanitas ꝯseruat̄ multa: ⁊ aīam sentio meliorē cum deo suo. Etiā si modicū corpi noceret. nō aduerte: semp enī meli⁹ fuisti qñ ieiunasti. semp solue deo tuo aliq̄d et sp eius melius recordaberis. Caue subitā ꝯmestionē et auarā ⁊ auidā. Uenit eī velocitas ex amore obiecti inordinato. Edacitas velox gule et desideriū admixtū habet ⁊ viciū. Gregorius in expositōe iob. Loq̄citatē excitat. imo inebriat. calefacit ⁊ exorbitat̄: sicut ebrietas vel nimia loq̄la. tepefacit ⁊ illecebras educit Itē oēm cogitatū de deo p̄scindit ⁊ recludit. Melius ē vnū actū in magna mora bñ facere: q̄ in parua exorbitare. Naz ad sanitatē corpis quāto honestius ⁊ ornati⁹ ingerit̄ cibus: tāto facilius digerit̄ ⁊ salubrius. Et sic etiā debes visitare. ⁊ scribēdo et loquēdo ⁊ agendo. vt nō festines: scd̄o qꝛ in illis nō pōt gloria dñi queri cū ita impetu homo fert̄ in rē q̄ om̄es vires in eā extendūt̄. Discas ergo tardare ⁊ minui ab actu. Nullū bonū facias vt ī inobedientiā incurras. In tēporalib⁹ pecunijs redditibus ⁊ libris habeas te sicut dispēsatorē: ⁊ videas vt in hoc fidelis ⁊ prudēs inueniaris Tibi ergo victū ⁊ vestitū frugaliter tribuas: deinde magis indigētib⁹ ⁊ melioribꝰ ⁊ in salutem aniaꝝ magis. Nulli nō indigēti aliq̄d notabilis tribuas vnq̄: qꝛ indigentes plurimos inuenis. Et si habūdāti tribueres. fideliter non dispensares: nec prudēter ad tuā salutem. Itē ne carnalit̄ in dando afficiaris. A nullo tp̄ale accipiā. cū indigētiores repiant̄: qꝛ qd̄ nullo facere volo ab alijs non postulabo. Item dixit. Pro nulla re mūdi deberet homo turbari. Qui facit illud qd̄ scit. multū meret̄ sciētie: ⁊ qui nō facit illud qd̄ scit. multum cecitatis. Magnū est obedire ī illis que sūt hoī ꝯtraria ⁊ grauia. ⁊ hec ē vera obediēcia. Pre oībus ⁊ in oībus stude te humiliare specialiter in corde ⁊ etiā ab extra corā fratribus. Sciētia sciaꝝ ē scire se nihil scire. Quāto plus hō scit se distare a p̄fectiōe tam ꝓpe est p̄fectioni. Initiū vane gl̄ie est sibipsi placere In nullo melius cognoscit̄ hō: q̄ in hoc q̄ laudat̄. Sp debes niti aliq̄d boni notare ⁊ cogitare d̄ alio. Quotiēs aliq̄d inordinate extra deū cōcupiscim⁹ totiens a deo fornicamur. ideo ꝓpha ait. Mihi aūt deo adherere bonū est. Uiriles esse debem⁹ in ofone et nō leuiter desistere: nec cogitare qꝛ d̄s non vult me exaudire: s̄ quotiēs repellimur: nūq̄ desperem⁹. Pusillanimes orare dñt tanq̄ fili⁹ ad pium patrē: sicut in euāgelio d̄r Quis ex vobis p̄rem petit panē: nunq̄ lapidē dat ei: Et cetera. In oī re mundi est tēptatio: q̄uis hō nō sentiat. Maxīa tēptatio est nō tēptari Quā diu hō inuenit in se aliq̄d ad amputādū tūc bñ stat. Qñ aliq̄d mali tibi suggerit̄. cogita q̄ velis socios tuos introgare: et tūc dyabolus stat ꝯfusus. Sp magis sperab̄ de eterna gl̄ia quā timebis de gehēna. Caueat quiuis ne alios scādalizet morib⁹ suis. s̄ studeat mores suos corrigere ⁊ honeste se vbiq̄ habere: vt alij magis edificent̄. Qualib⁹ cogitatiōib⁹ vadit hō dormitū cum talib⁹ surgit: vtile est tunc orare vel aliq̄s psalmos legere. Modica ꝯfusio hic ꝓpessa delet eternā ꝯfusionē corā deo ⁊ oībus scīs. Illi studeas solū placere et illū timere: qui te ⁊ oīa tua cognoscit. Posito q̄ oībus placeres ⁊ d̄o displiceres: quid esset. Auerte ergo cor tuum a creaturis etiā cū magna vi. auerte vt teip̄m p̄fecte sic vincas: ⁊ erige cor tuū sp ad deū sic ꝓpha dicit. Oculi mei sp ad dñm. Deo gr̄as

Epistola ad ep̄m traiecteñ. pro magistro gerhardo gros quādo erat sibi interdictum ne publice predicaret.

Pater precelse potestatis et princeps populi traiectēs. Nup cum inspirante dño. gerhardus magn⁹ dyacon⁹ vestre dyoces in his vltimis tēporibus p̄dicatiōis zelo accēsus: clero ac ꝓpl̄o scelera sua annunciasset ⁊ pericula. nec non sanā ⁊ verā euangelicā ⁊ apl̄icam doctrinā. cōtra hereticos vsurarios ⁊ clericos focarios habentes: atq̄ ꝯtra diuersa alioꝝ facinora ⁊ flagicia in dyocesi vr̄a p vestrā ⁊ prochialiū curatorum licentiā. nō sine fructu ⁊ incremēto vt sperat predicasset ⁊ seminasset. Uñ in diuersis locis multoꝝ corda vias suas ꝑuersas ⁊ malas relinquētia cōuersa sunt ad dñm. Uñ etiam in agro dñico v̄ginei flores plurimi viduarūq̄ castarū ⁊ volūtarioꝝ pauperū segetes. abrenūciatōes secl̄i: restitutōes ablatoꝝ: atz mlti et varij alij ecclesiastici ⁊ catholici germinis fructus ad oculos vere deū amantiū noscūt̄ pullulasse. Unde etiam quorūdam hereticorum secrete serpentiū in terra audacia compressa videtur ⁊ in partibus zallandie vsurarum prauitas et vesani amoris cessauerunt. Ueruntamē eidē gerhardo procurantib⁹ vt presumit̄ clericis ⁊ presbyteris focarias habentibus per vestras lr̄as sine causa vel cause cognitione exercitiū predicationis indirecte interdictū est. Naz q̄uis generaliter vr̄e

littere emanarũt oēs tamē alij ad ſua officia pene reſtitute ſunt. q ab epiſcopali ꝓuidētia non ſperat idē gerhardus ꝙ a malignoꝝ ſug geſtione ꝓceſſiſſe: in ſancte edificationis nō paruũ detrimentũ et grauamē. Jnde letant hereticiꝫ ſerpunt audatius. inde exultāt inimici eccleſie clerici focariſte in lubrico carnis fetidiſſime ꝑmanentes: inde gaudent vſurarij. inde etiā multiplicant ſcandala: ꝫ multiplicabunt forte latius q̄ carnales ꝫ mūdane mētes valēt eſtimare. Et q̄uis deo teſte idē gerhardus quātū eſt ex ſe ſpeculationi vitatis. vacare mallet et quieſcere: tamē q; vidit boſtem humani generis in ꝓximos ſuos vndiq; crudeliter graſſari ꝫ eos ꝑ abrupta et in ꝓcipicia vicioꝝ ipellere: quoꝝ plures ſcōm ſpem ſuam vt etiā ex effectu apparuit. ꝑ ſuam predicationē poſſint eripi a laqueo venātiū et a verbo aſpero: zelo domꝰ dñi incitatur et amore ꝓximorū accēdit ꝫ ſtimulat: vt poſſit verbū domini ſine emolimento tpali in pauꝑtate humiliter ꝙ veraciter ꝓdicare et ſeminare ꝓut ꝓius nō ſine fructu euidēti ꝓedicauit ꝫ ſeminauit. Et ſi ſibi ſpecialis licētia denegat. hoc ſaltē petit vt prochialibus curatis non inhibeat. quin ipſum poſſint ſi velint admittere: qui ſcōm conſuetudinē ciuitatis ꝫ dyoceſis traiectenſ quos voluerint ꝓedicatores maxime veros ꝫ bonos ſine licētia veſtra ſemp admittere ꝓſueuerūt. Et adhuc q; abſit a dñatiōe veſtra ſi cōtra hmōi fructū et contra cōſuetudinē predictos. ipſum gerhardū velitis a predicatōis exercitio ꝓhibere: rogat ꝫ petit humiliter et humilius vt ſibi cauſas et rōnes ꝓhibitiōis vře velitis oſtendē: ꝫ non ſine monitione que ſemp debet ꝓcedere ipſuꝫ iudicare aut iure ſuo ꝓuare vl a iure ſuo ſuſpendere. qui paratus eſt non ſolū vobis pater verū omni homini de ſingulis que docet publice vel ꝓuate rationē reddere et ſanctis ſcōꝝ radicibus ꝫ ſcripturis veraciter cōꝓbare et ſi neceſſe fuerit ad conſpectum ſummi pontificis deducere.

Epla magiſtri wilhelmi de ſaluaruilla cātoris pariſienſ ad papā vrbanū ſextū ad impetrādū magro gerhardo ꝓuilegiū ꝑdicādi.

S Anctiſſimo in xp̄o ꝑr̄i ac dño nostro dño vrbano dīna ꝓuidētia pape ſexto ſacroſcē romāe ac vniuerſal' eccie ſummo pontifici. Hūilimus veſtre ſctitatis orator et ſeruitor. wilhelmus de ſaluaruilla cantor pariſienſ. archidiaconus brabrātie in eccleſia leodienſi. Beatiſſime pater hūlima ac deuotiſſima ad pedum oſcula btoꝝ ſubiectione premiſſa: zelum dei habens niſi fallor ſcribo fidelit̄ que ſequunt̄. Vir quidā venerabilis noīe gerhardus magni diaconus traiectenſis dioceſ. in ſcientijs liberalibus naturalibus ꝫ moralibus ac etiā in theologia ꝫ iure canonico eruditus: qui dudū ꝓpter deum oīa bñficia ſua. ſ. ꝑbēdas traiectēſ. ꝫ aqueſ. ac etiā patrimoniū ſuum ſatis largū reliquit modica dicti ꝑmonij parte retenta ꝙ tenui victu ſuo: cui mūdus crucifixus eſt ꝫ ipſe mūdo. factus eſt magnꝰ hereticoꝝ ꝑſecutor. iuſticie ꝫ vnitatis eccleſie zelator: ꝫ feruidꝰ predicator in dicta dioceſi cōtra vicia laicoꝝ ꝫ clericoꝝ: nihil ab illis q̄bus ꝑdicat recipiens ſeu requirens. nullū tēpale ſeu eccleſiaſticuꝫ petit bñficiū. ꝙ deſiderat vt liberius ꝫ ſine ipedimento ꝑdicare poſſit. habere ſuper hec cōmiſſionē auctoritate aplica. Vñ quātū mihi pōt apparere videret expediens q; veſtra ſanctitas eidem cōferret auctoritatē ꝑdicandi: ꝫ cōtra hereticos inquirendi. ꝫ etiā veſtre ſanctitatis canonicā iuſticiā in ſuis ſmonibꝰ ꝓpalandi. Jn pulcia colonienſi vel ſaltem in predicta dyoceſi traiectēſi. Preſentiā veſtre ſanctitatis dignet̄ altiſſimꝰ cōſuare feliciter ad regimen eccleſie ſue ſancte. Scriptū leo/dij. xxj. die octoberis.

Epithauiū venerabil' mgri gerhardi magni.

Erhardꝰ magnꝰ. vixit ſic piꝰ agnus
Fecit qđ dixit. ſic docuit quoq; vixit
Sic nō fictꝰ. mitis ſatis. et bñ ſtrictꝰ
Lux fuerat cleri. per doctrinam quoq; veri
Lux fuerat prauis ocul' mentis bene grauis
Hic fuerat ſpretꝰ q̄ſi pneumate credo repletꝰ
Eius doctrina: falſis fuerat quaſi ſpina
Sic ſimul ꝫ vanis oculis mentis maleſanis
Que falſos leſit. pars iuſtorum ſed adheſit.
Jlli pro vero. fuit vtilis hic quia clero
Vt clero laicis prodeſſe volens inimicis
Doctrina veri. debet chriſtus miſereri
Eius de iure pro tali pondere cure
Talis nanq; fore voluit gratis ſed amore
Diuino tactus. non prebendiſq; coactus
Namq; reſignauit prebendas ſicut amauit
Xp̄m. ſic ſtrauit carnē. paupes quoq; pauit
De ꝓprijſq; bonis. tenuit regimen rationis
Sic fuit exemplo. lux in chriſti bene templo
Gerhardus magnus quē verus diligit agnꝰ
Sctoꝝ ſortem. teneat ſic poſt modo mortem

Incipit prologus in vitam reuerendi patris dñi florentij deuoti presbyteri ⁊ vicarij ecclesie dauentriensis.

Ignũ iã arbitror ex ordĩe ꝓmisso aliqua etiã scribere de vita ⁊ moribus reuerẽdi patris ac pie memorie magr̃i florentij dauẽtriens ecclesie presbyteri. quondã magistri gerhardi discipuli: de quo supius narrationẽ peregi. Et rectus iam ordo loq̃ndi ꝓcedit. vt qui boni arboris vbertatem in gerhardo ostendi qui fuit nostre deuotionis fundator: iam in pio florentio eius discipulo aperiam speciosi floris dulcedinẽ: q̃ eiusdem deuotionis imitator extitit ⁊ feruẽtissim⁹ propagator. Cui⁹ hũiles et tractabiles mores. profecto sũt aĩe languentes flores medicinales: et sctẽ ei⁹ virtutes nouellos instruunt et ꝓuectos. Obsecro aũt te frater bone ne simplicitatẽ eloquij mei ad iniuriã illustris sacerdotis retorq̃as qui erat humilitatis ⁊ simplicitatis amator: ꝫ bona audita pio ꝯsideratio nis oculo ĩspicias et ꝑlegas. Esto sicut apis prudentissima sugendo mel dulce ꝺ floribus pulchris in prato virenti: atq; ad edificationem status ⁊ ordinis cui dilecti patris nostri florentij virtutũ germina ⁊ exempla tãq̃ flores rosarũ ⁊ lilia redolẽtia: in ortulo pectoris tui diligenter insere ⁊ reconde. vt in bono sp ꝓspicias ⁊ in amore xp̃i amplius ĩardescas. Ipse enĩ fuit insigne virtutis speculũ ⁊ cũctis deo seruire cupiẽtibus ad celeste regnum singulare iuuamẽ. De quo tanto fidentius valeo loqui quanto apertius eum agnoui ⁊ sepius sibi astiti et ministraui.

Nouitius. Opus quod rogatu meo ⁊ aliorũ instanter incepisti. ad honorẽ dei ꝑfice. Erit enĩ delectabile posteris audire: q̃ clara luminaria in finib⁹ nr̃is emicuerunt. Quoꝝ meritis tu quoq; particeps esse poteris: si ea que gratis accepisti. ceteris in charitate studeas impartiri.

Senior. Laboriosum opus quod aggredior ⁊ quod sciam meaꝫ ac vires imbecilles excedit. Nam potius eligerem ab alijs dictata in silentio legere: q̃ rusticitate mea claritatẽ illustriũ viroꝝ barbarizãdo obscurare. Uerũ tu q̃ nõ apices lr̃aꝝ ꝫ v̄tutes moꝝ q̃ris in lr̃is: ꝓpt̃ ĩopiã dictamĩs nõ dẽs aspnari margaritas ĩ vilib⁹ conchis. Fateor nãq̃ impitiã meã nõ posse sufficẽ ad tanti patris vitã describendã: ꝫ in tẽplo dei offero pilos capraꝝ ad opiendũ tectũ tabernaculi: qui lapides p̃ciosos non habeo ad ornandũ clamidẽ sacerdotis. Deniq; durũ ⁊ ingratũ mihi indigno videt̃. si tã dilecti patris virtutes reticerẽ: qui mihi ⁊ multis alijs bene fecit in vita et primo traxit ad dei seruitiũ ac tandẽ direxit ad monasterij portũ. Unde ꝓ gratiarũ actiõe ⁊ dulci recordatiõe ei⁹ libens sibi rependo muneris vicem: hoc opusculũ conficiendo post ei⁹ decessum. Sit igit̃ ꝓ aliquãta excusatione opis p̃sumpti ingens affectus patris reuerẽdi: cui⁹ memoriã inter deuotos opto semp ⁊ vbiq; florere. Dñs aũt iesus qui duo minuta paupis vidue non spreuit: mihi exiguo in futuro recõpenset. q̃ pia intẽtione in eius gazophilatiũ mitto manũ. doctoribus meis altiora reseruans. Nam et ꝓpriam calamitatẽ sciens: correctõi me sb̃do maioꝝ. Iuuet me obsecro deuota mens orãdo. ⁊ si quid edificatiõis hauserit hec scripta legendo: laudet deum de vniuersis donis suis et sit gratus etiam in paruis.

Explicit ꝓlog⁹. Incipiũt capl̃a libri tercij

De humilitate xp̃i quam dominus florẽtius studuit. imitari. Capitulũ. I.
De int̃ꝑtatõe noĩs florẽtij laude triplici. II
De int̃pretatõe noĩs p̃ris sui radewyni III
De p̃ria ei⁹ ⁊ ꝓfectu in studio pragẽsi IIII
De honestate moꝝ ei⁹ int̃ seculares V
De conuersione ei⁹ ꝑ predicationẽ magistri gerhardi VI
Qualit̃ seculari vita despecta magistro gerhardo adhesit. VII
Qualiter ip̃e iam plene conuersus q̃ plures alios cõuertit. VIII
De pressuris ⁊ iniurijs sibi illatis IX
De promotione eius ad sacerdotiũ ⁊ descensu humilitatis sue. X
De raritate exitus sui ⁊ cum quanta disciplina stabat in choro XI
De simplicitate vestimentoꝝ eius XII
De humili ꝑuitio eius inter fratres XIII
De labore manuũ eius ꝓ cõi bono XIIII
De miscdia eius in pauperes ⁊ egrotos atq; ignotos XV
De r̃fectõe pauperꝝ ⁊ lauatura miꝑoꝝ XVI
De abstinẽtia eius ⁊ infirmitatibus ex rigore contractis XVII
Qualiter orationibus deuotorum adiutus sepe reconualuit. XVIII
Q̃ semel in nocte paschali angelica visione curatus fuit XIX

De viro qui in puteum cecidit. & inde illesus extractus fuit. XX
De visione crucifixi super domum ei⁹ apparentis. XXI
De patientia eius & mansuetudine ac dilectione ad omnes. XXII
De deuota exhortatõne eius ad spiritualem profectum. XXIII
De efficacia sermonũ eius & intellectu scripturarum. XXIIII
De custodia vocũ & iuratõe vitãda. XXV
De trib⁹ periculos tẽtatoib⁹ deotoꝝ. XXVI
De emissione fratrum ad fructificandũ in diuersis locis. XXVII
De felici trãsitu eius ex hoc mundo & ecclesiastica sepultura. XXVIII
De quadã visiõe facta p⁹ obitũ ei⁹ et magna gl̃ia sua XXIX Expliciũt capitula

Incipit liber tercius. De hũilitate xp̃i quã dñs florẽtius studuit imitari. Cap̃.I.

Los omniũ

virtutũ oĩmq̃ sciẽtiarum magr̃ & dñs nr̃ ihesus xp̃s ab hũilitate & mãsuetudine normã viuẽdi incepit: quã & discipulis suis tãq̃ legittimã regulã tradidit obseruãdo dicens Discite a me qz mitis sum & hũilis corde: & inuenietis requiẽ aĩab⁹ vr̃is. Ihanc autẽ vere hũilitatis virtutẽ q̃ rectissima via est ad celeste regnũ ꝓmerendũ: secutus est deot⁹ & humilis sacerdos xp̃i magr̃ florentius filius ragewyni: quã vsq̃ ad ꝓsumationẽ vite sue p multos spiritales agones in lõga carnis macerationẽ cõtinẽtissime viuẽdo tenuit donec ineẽte btitudinis reẽm ꝓ pijs et iustis laboribus a deo remũerãdus introiret. Sed qualiter ad hãc hũilitat̃ viã puenerit: referã deo fauẽte ꝓ ꝓcessus seq̃ntes. Deus ei⁹ ops & misericors q̃ eum ab eterno in sacerdotez elegit ꝓsecrandũ ac donis sublimioribus p̃sciuit illustrandũ: ipse q̃z eundẽ de mũdi naufragio mira pietate eripuit & abstraxit atq̃ in sanctioris vite statum et noue prolis palmitem per verbum veritatis efficaciter regnauit.

De interpretatione nominis florentij laude triplici. Capitulum.II.

Ane non sine p̃sagio futurę pbitatis florentius radewyni est apellat⁹: ad celestis pr̃is gl̃iam & sui gñis famam lucidius declarãdã. Tũc ei⁹ res digna laude gerit: si vita noi cõcordat si fama vtutib⁹ nõ dissentit. qõ vtiq̃ in sinceris actib⁹ ei⁹ cõprobat. Est nãq̃ florẽti⁹ dulce nomẽ pijs ad nominãdũ & recolendũ: q̃ talẽ se exhibuit ĩ vita vt ab oĩbus tã religios q̃ secularib⁹ ĩ maxio amore & reuerẽtia haberet. Pulchre aũt florentius quasi flores legẽs dicit: propter liberales artes q̃s olim didicit in q̃bus tm̃ valuit et ꝓfecit. vt magr̃ vocaret & esset. Aut ꝓpter diuine legis noticiã et sacre theologie libros q̃s p̃ ceteris sciẽtijs libẽtius legit. & sup oĩa mũdi thezauros carius dilexit quẽadmodũ ppha in psalmo dicit. Iõ dilexi mãdata tua sup̃ auꝝ & thopasion. Sz mlto pulchrius florẽtius dicit. q̃si florẽ tenens qz xp̃m oĩm vtutũ florẽ et castitatis amatorẽ secut⁹ est. Pro cui⁹ amore florẽtẽ mũdũ despexit. atq̃ sinceritatẽ fidei & catholice pacis vnitatẽ firmissime tenuit: dicẽs cuz sp̃osa in cãticis cãticorũ. Dilectus me⁹ mihi & ego illi q̃ pascit̃ inter lilia Tenui eã nec dimittã. Adhuc ãt sacratiori sensu & vberiori fructu florẽti⁹ dicit̃ q̃si flores colligens: qz multos fratres clericos primeua etate florẽtes secũ in domo sua cõgregauit. q̃ seculi vanitate despecta hũilit̃ & deuote altissimo dño in castimonia vite & fraterna charitate seruierũt: secũdũ q̃ sctũs dauid gratulabũda voce decãtat. Ecce q̃ bonũ et q̃ iocundũ habitare fratres in vnũ. Ihos cũ tanta disciplina & spũali feruore rexit & edu-cauit. vt esset dom⁹ dñi florẽtij scola celestis exercitij: speculũ sctitat̃ ornat⁹ moꝝ. exẽplar virtutũ. aditus paupeꝝ. quẽtus clericoꝝ: instructio laicoꝝ. refugiũ deotoꝝ: & toti⁹ boni initiũ & ꝓfectus. Ex hac quipe domo. q̃ plures notabiles & lr̃ati viri spm̃ deotionis ꝓcerũt: et veluti apes dulcedine mellis referte de alueario pleno ad fructificãdũ in alijs locis lõgius ꝓcesserũt et deo bñdictionẽ dante nõ modicũ fructũ effecerũt: vt de his merito dicere libeat. qz flores apparuerũt in tra nr̃a.

De interptatione nominis patris sui radewini. Capitulum.III.

Ed nec absurdũ videat̃. si p̃ni nois vocabulũ mistice exponat̃: q: ꝫ ad laudẽ tanti viri nõ parũ tendere estimat̃. Apte g̃ satis radewynus dr̃ q̃si radi⁹ divinus. Quo noie recte xp̃s intelligit̃: qui est splẽdor pr̃is. mũdũ illũinans sapie sue luc̃. vita pura. doctrina vera. miraculis sctis & reuelationib⁹ multis. Qui & ap̃los suos tanq̃ veri solis radios misit in orbẽ terraꝝ ad p̃dicandũ verbũ suũ: & ad dãdũ exẽplũ bonũ fidelibus cũctis ita ad eos inq̃ens. Sic luceat

lux vestra coꝝ hoibus: vt videant opa vra bona et glorificent patrē vestrū q̄ in celis est Bene ergo florētius filius radewyni dictus est: qui a xp̄o in spem viuā regnatus ab ipso irradiari meruit ⁊ accendi: vt terrena despi/ceret. ⁊ celestia ardenter amaret. Et si idē no mē radewynus ex teutonico trāsferat ad la/tinū. ꝓsiliū exp̄mit ⁊ vinū. Que duo sūt. florē tio optime adaptant q̄ ꝓsiliū mūdane sapie reliquit: ⁊ diuine legis mandatis se subdidit iuxta illud psalmiste. Mā ⁊ testionia tua me ditatio mea est: ⁊ ꝓsiliū meū iustificatōes tue Cui etiā xp̄s ꝑ delectatōib⁹ vanis ⁊ carnali bus q̄ mūdus offert suis amatoꝝib⁹. gustū in terne suauitatis p̄stitit quā mund⁹ accipe nō merē: ⁊ spūalis leticie vino dū diuina miste ria celebraret coꝝ ei⁹ ⁊ aiaꝫ potissime repleuit vt oia interiora ei⁹ diuini amoris incēdio fer uerēt. atq; in voce exultatōis cū ꝓpha deuo tissime iubilaret dicēs. Coꝝ meū et caro mea exultauerūt in deū viuū. Tūc ei totus intra se collectus: ⁊ supra sepe in spū raptus. semet ipsum hostiā viuentē ac deo placētē obtulit. multūq; fideliē ꝑ sctā ecclia ⁊ oi xp̄o xp̄iano uꝑlicit intercessit. In q̄ sacro ꝓuinio deificam in suo fonte dulcedinē gustans ⁊ p̄ magnitu/dine diuine largitatis amoꝝose liq̄factus cuꝝ magna gr̄arūactiōe hec mistica v̄ba rumina bat. Quā magna multitudo dulcedinis tue dñe quā absc̄odisti timētib⁹ te. Sꝫ his iā p̄li batis ad rerū gesta stilus vertat. De p̄ria ei⁹ ⁊ ꝓfectu in studio pragensi. Cap̄.IIII.

Euerēdus p̄s ⁊ deuot⁹ sacerdos xp̄i magr̄ florētius vicari⁹ fuit eccl̄ie da/uētrienſ: ꝑ p̄dicationē venerabil̄ ma gistri gerhardi magni dīna gr̄a opitulāte cō uersus. Cui⁹ factus hūilis auditoꝝ: ꝑ oia stu duit ei⁹ fieri imitatoꝝ. Et salutaribus ꝓsilijs gratāter acceptis ip̄m sic̄ patrē charissimū ⁊ sue salut⁹ genitoꝝē dilexit: ac sūma cū reuerē tia vt decuit sp ⁊ vbiq; honoꝝauit. Vñ iterū ab ipso inter ceteros discipulos suos ampli⁹ diligi meruit. ⁊ p̄ceteris digni⁹ cōmēdari ob specialē moꝝ suoꝝ venustatē et modestiā q̄ eminenter p̄dit⁹ fuit ac religiosi⁹ refulsit. Hic igit̄ de ciuitate leyderdā in terra nobilis do/micelli de erkel originē natiuitat⁹ duxit: que circa fines hollandie sita. trib⁹ fere miliarib⁹ a traiectēsi ciuitate distat. Hui⁹ p̄ radewin⁹ noie. vir quidem erat inter suos fama notissi mus: rebus ac facultatib⁹ scōm status sui ex igentiā decent adornat⁹. Qui filio suo florē tio ad studiū pragēsi ꝓgenti: piū assensū pre/buit ⁊ iuuamē. Mā tunc tēpis apud pragam bohemie studiū ꝓuilegiatū latissime floruit ⁊ multi de partib⁹ inferioꝝib⁹ illuc expeditius pergebāt. Fit cito artista bon⁹ qui erat inge/nio clarus et in ꝓficiendo studios⁹: talit̄ inter scolares. pius ad domesticos. reuerēd⁹ erga magr̄os. Post hec ad patriā suā cognatosq; reuertit̄: ⁊ ꝑ magisterij gradu honorifice su/scipit̄. Cōgaudēt vniuersi amici cuꝝ vicinis eximie: q; iocūda eius p̄sentia salubri ꝓsperita te post tāta terraꝝ spacia et picula diuinitus cōcessa. frui ac cōsolari merebant. Siquidē matura ei⁹ de studio reuersio. grādis extitit amicoꝝ exultatio: ſ deo melius disponēte fa cta est eterne salutis sue felix ꝓparatio. qz nō longe post tēpe lapso: fact⁹ est ver⁹ xp̄i disci pulus ꝺ magistro. Cui etiā pi⁹ dñs cū de pra gis rediret: rem satis mirādā oñdit: in q̄ mise ricordiā eius manifeste cognouit. Mā cū ad quādā ꝓfundā vallē puenisset: seq̄bat eū cur rus cū ipetu magno de mōte descēdēs Quē declinare nō valens ⁊ piculū coꝝpis metuēs cū iā humanū deesset auxiliū: ꝓfugit ad diui num. Et inuocato oipotente dño: affuit gr̄a saluatoris īmensa Vidit nāq; qꝺ dictu mira bile est moꝝ vt dñm inuocasset: currū eundē añcedere se p viā q̄ tendebat ⁊ oē piculū esse sublatuꝫ. Qꝺ factū erga se miraculose gestū deo totū ascripsit: q̄ tribulatos coꝝde sanat ⁊ ab omni angustia liberat ad se clamantes.

De honestate moꝝ ei⁹ int̄ seclares Ca. V.

Erat aūt moꝝū honestate ꝓspicu⁹. le/tus inter sodales affabilis v̄bis libe ralis expensis facie venustus: statu/ra gracilis et mediocriter ꝓcerus. Quē de⁹ aliq̄ tēpe p̄misit in seculo versari et ei⁹ insani as falsas expiri: ſ nō finaliter piclitari. vt ne mo cōuerti volēs de venia desper⁹: q̄n hūc tā cito in meli⁹ mutatū cog̃scit Quodā nāq; tpe inuitat⁹ est cū multis amicis ad nuptias seculares. Cū q; in itinere simſ ꝓgerent. egit aliq̄d ꝓ solatio amicoꝝ ꝓmtissime eis obse/quēdo ⁊ leticiā exhibēdo. Ꝓrecidit ita q; ra/mos virentes de arboꝝib⁹: q̄bus secū allatis obūbrauit in vehiculo sedentes. vt magnos inde mereret̄ habere fauoꝝes. Nōdū enī scie bat q̄d dñs de se facturus esset: nec aduertit quāto studio ꝓsciam suā interi⁹ ornare cū vir giniꝫ sctis debuisset. vt ad celestes nuptias dign⁹ esset intromitti. Sꝫ nec spiritales epu/las in nuptijs xp̄i nouerat: ideo secularib⁹ cō uiuijs int̄esse gaudebat. Verū deo miserāte nō diu in hac vanitate p̄mansit: ſ ad magnū

De Humilitate Christi

deuotionis gram oem mũdi suauitatẽ superantẽ felici vocatõe puenit. Prefigurauit tñ istud factũ seculare: aliqõ bonũ in eo futurũ qz ipse dei gra mutatus in viz spũalẽ plures secũ ptubernales inuitaturus esset ad nuptias ciuiũ supnoz: vbi spõsus imortalis ieſus xps cũ oibus sctis cõuiuaẽ in secula seculoz lhoc postea verissime claruit ĩ mltis fratrib⁹ per eũ deuote conuersis: sicut etiã manifeste oculis meis cõspexi et tota pauentria nouit.

De conuersione eius p predicationẽ magistri gerhardi. Capitulum. VI.

n Ec distulit pietas saluatoris nri succurrere ouicule errãti: q̃ int nebulas glie secularis versabaẽ nõ sine piculo grandi. Cũ igiẽ tẽpus miserẽdi ei⁹ aduenisset: pius pastoz aiaz ouẽ suam pcio sanguinis sui care redẽptaz de medio laqozum caute subtraxit: z ad sctẽ cõgregatõis caulã quã rectur⁹ erat clementẽ induxit. Predicãte nãqz venerabili mgro gerhardo magno euãgeliũ xpi p dyocesem traiectẽsem: multi clerici z laici audito ẏbo dei reliq̃runt vanitates seculi: cupiẽtes euadere penas ignis eterni z regna celestia p penitẽtiã z luctum adipisci. Ciua eteni vox magri pdicãtis. tãto fortius valuit in cordib⁹ audiẽtiũ: quanto pfectius ceteros preibat in via virtutũ: vt fidẽ fmonibus ei⁹ daret scã puersatio in opatione oĩsa. Cũ igitur dauẽtrie apud sanctã mariã feruẽter pdicaret. affuit etiã magr florentius diligenter auscultans quid diceret: z lumine celestis fmonis sapiẽt foris instruct⁹ mox interius irradiat⁹ est z corde cõpũctus. Solebat eni pdicator egregius interdũ oculos suos dirigere ad astãtes: z p audientiũ q̃litate ac vtilitate sermonẽ suũ formare in altuz vel longũ p feruoris excessuz: quẽadmodũ cupidi piscatores ibi latius sua retia laxant. vbi plures pisces confluxisse cõiecturãt. Diuina itaqz inspiratione actũ est vt magr florentius etate iuuenili decoz⁹ z sufficiẽter pbendat⁹ vocẽ dñi libenter audiret: z sonitũ celestis fistule nõ surda aure ptrãsiret. ꝫ ad se vtiliter traxit: qõ ad oẽs gnaliter p os magni predicatoris emanauit. Erat eni de ouibus illis ỏ qbus saluator nr pdixit. Oues mee vocẽ meam audiũt z ego cognosco eas z sequũt me.

Qualiter seculari vita despecta magistro gerhardo adhesit. Capitulũ. VII.

i Gitur spiritu dei afflat⁹ magister florentius ac roze celesti intime pfusus repente pedẽ vanitatis retraxit: quẽ in hui⁹ seculi itinere figere ceperat. Perpendit qz prudent qõ sequeret post fugitiua gaudia carnis: qz pfecto moz⁹ seua z luctus eternus. Jõqz ne florigerã angeloz patriã amitteret. falsos mũdi honoz⁹ spernere decreuit et humilẽ vitam xpi sectari p optimo duxit. Cupiẽs ergo magistro gerhardo familiari⁹ loqui. quẽ vidit magnũ zelũ aiarũ ad oĩs habere: nõ differt ad eius reuerẽtiã fidenter accedere. cui quid intus gerebat tãqz amico et secretario dei ex ordine narrat. At ille veniẽtem gaudẽter acceptãs charitatis sinũ apit: colloquiũ desideratũ pbet. paratus rationẽ reddere de quibuscunqz voluisset scisciari. Itaqz in vnũ cõueniẽtes. et q̃ salutaria sunt dulciter pferentes: exardescũt corda amboz in celestibus vilescunt oĩa terrena. ratificantẽ psilia bona de diuina seruitute tenenda. Efficiunt deinceps in fraternitatis amoze vnani mes: qui in sancta puersatõis ppoſito ad patriã in dño feruẽt. Quibus affuit etiã multiplex gra xpi: vt nõ tantũmõ sibi: ſ z primis suis pficerẽt ad salutẽ. Mã additi sunt illis ad solaciũ amplioris gaudij et decorẽ dom⁹ dei nri quidã lrati z eloqntes viri. q̃ dono spũ rituſſcti vehemẽter iflamati: elegerunt vestigijs xpi firmiter adherere. atqz p contẽptum mũdanorum et fortia bella viciozum ad eterna bona trãsire. Qua ipse iam plene conuersus q̃z plures alios puertit. Ca. VIII.

c Umqz suauissim⁹ diuini amoris auster ortulũ cordis magri florentij crebrius pflaret et fletib⁹ irrigaret cepit magna deuotõe fecundari: z ad extrahendũ alios de sordib⁹ pctõz pia emulatõe moueri Dedit ergo operã ad hñdũ fratres spũales: qui dudũ studio lraz intẽtus delectabaẽ sorcios habere seculares. Mã igne q̃ ipse iã erat accẽsus cupiebat z alios secũ accẽdere: z lumine q̃ fuerat a deo illustratus. nõ tardauit ad se veniẽtes ẏbis z exẽplis lucidis iformare. Suasit igiẽ clericis ac laicis deo fuire volentibus praua cõsorcia fugere ad audiendũ verbum dei. pperare: hũilitatẽ xpi sectari. et sanctoz vitã ad imitandũ aspicere: q̃tenus p cõtinẽtie virtutẽ z pcepta dñica pmia pseq̃rẽtur eterna. Nec fuit inutilis labor quẽ p lucrãdis aniabus ipendit: ſ copiosus ide fructus excreuit. Plures nãqz iuuenes z virgines ei⁹ salutari psilio freti: relictis parẽtib⁹ z amicis humiliter z deuote incedere ceperũt: z secularem vitã odiẽtes. aplico moze socialẽ in xpo cõuersationẽ ducere. z alacri corde cõem mẽ

ſam ⁊ victū tenuē habere gaudebāt. Deniq; virtutū gradibus ſingulos ꝓficere hortabatur. orare ſepius. ⁊ tēporibus debitis laborare manibus: nec nō ſacris lectiōib⁹ ac meditationibus inſiſtere cōpūctiuis. q̄bus feruor deuotionis maior acq̄rat: ⁊ horror ꝓtinus ꝫ vicior̄ incētiua habeat. ne quis per deſidiā cordis a dyabolo ſeducatur.

De ꝓſſuris ⁊ iniurijs ſibi illatis. Ca. IX.

Atuens hec ſtudia ſpūalis exercitij antiqu⁹ humani generis hoſtis graiter doluit: ⁊ felicibus initijs ac pijs actibus deuoti magri floretij iuidit. nō omittens ꝓſeq; bene agentē. Nā metuēs exemplo eius ⁊ induſtria ꝑmonis multas aiaꝝ ſpolia ſibi aufferri: ſuſcitauit aduerſarios quoſdaꝝ q̄ aſperis verbis et deriſionib⁹ inſuetis. iuſti ſimplicitatē impūgnarent: ad retrahendum eum a bonis inceptis. Sed vir anio manſuetus. ⁊ ad tollerāda obꝓbria ꝓ xp̄o bñ animatus: nec verboꝝ iniurijs. nec detractionū mouet figmētis. ſ velut araneaꝝ tela paruipendit oia: ꝓmanens ꝓſtātiſſime in bono q̄ cepit. Ibat ergo mitis inter puerſos patiēs inter obloquētes. nulli malū ꝓ malo reddēs ſ trāquillo corde orabat ⁊ tacebat. aut rōnabili ẏbo iprudentiū ora frenabat. Rephēderunt enī ſtulti q̄ ignorabāt. ⁊ quē humiliter incedere. atq; oēm leuitatē vitare cernebāt: hunc ꝓteruo ſenſu multū delirare eſtimabāt Ipſe aūt tāq; flos campi ꝓceſſit verecundo aſpectu: griſea tunica indutus et longa toga palliatus. Et ſicut lilium inter ſpinas creſcit ⁊ inciſum redolet. ſic floretius deriſus inter ſubſannātes letior fiebat. ⁊ odorē noticie ſue per pacientiā ſuauiorē reddidit ac clariorem Induit enī eū dñs lorica fidei. ⁊ virtute conſtācie militē ſuuz armauit: vt nō poſſet hoim peruerſitas ſtatū mētis eius euertere. quem gr̄a dei roborauit abintra. Studuit q̄ppe ꝓ noie ieſu contumelias pati ⁊ terrores. ſciens ſcriptū quia bti eritis cū maledixerint vobis hoies: ⁊ exꝓbrauerit nomē vr̄m tāq; malū ꝓpter filiū homis. Attēdebat igit̄ ſedulo in auctorē vite ieſum filiū dei. quē ſamaritanū ⁊ ſeductorē vocabāt phariſei: qui diſcipulos ſuos p̄monuit mlta p̄ria debere pati a mūdanis. q⁊ ipſe prius grauiora patiebat ab emulis iudeis. Si me inq̄t pſecuti ſunt ⁊ vos pſequent: nō eſt enī ſeruus maior dño ſuo. Et ſi patrē familias beelzebub vocauerūt: quāto magis domeſticos ei⁹? Ihis itaq; ꝑmonibus ſctis ſtrennue cōfortatus: nec hoim ludibria curauit. nec a vera hūilitatis via quaz vitare docuit declinauit: ſ ꝓtentū mūdi ⁊ abnegationē ſui conat⁹ eſt aſcēdere ad alta virtutū. Elegit nāq; poti⁹ abiect⁹ lullardus cū fratribus ſuis vocari: aut inſan⁹ a ſecularib⁹ reputari q̄ magn⁹ dñs et magr̄ noiari. Ell̄ q̄ntū in eo fuit. honorificū magri nomē ſupꝓſſit. voluitq; ſolū ſimplici noie florētius dici: ſic⁊ alij fratres ſui. quoꝝ aliqui ſatis bñ lr̄ati erāt et ex dicionibus in ſeculo nati. Nihil aūt ꝓcioſum aut nitidū in veſtibus habere voluit nil delicatuz in cibis cupiuit: nil ſupfluitatis in neceſſarijs vtenſibilibus admiſit. ſed ſimpliciora ⁊ plana que humilitatē ꝓtenderēt: et ſeculares non offenderent. qui melius docent humili exēplo q̄ ſubtili ſermone. Itaq; cōem vitam ſectando ⁊ fraternam charitatē omibus exhibendo. nō alta de ſe ſapiendo: ſed humilibus ſemp cōſentiendo iam non vt magiſter rigidus metuebatur. ſed ſicut amabilis pater diligebatur: q⁊ in ipſo velut in lucidiſſimo ſpeculo et foris decens morum honeſtas. et intus celeſtis puritas aparebat.

De ꝓmotione eius ad ſacerdotiū et deſcenſu humilitatis ſue. Capitulum. X.

Ed quia humilem merito gloria ſeq̄ ſ tur. ⁊ mitem iuſta laudatio decet: illi qui viro dei prius contrariebantur. videntes mentis eius conſtantiā: et ꝓpoſitū in domino fixum: repreſſerunt linguas ſuas ab infeſtatione iniuſta. Unde ad pietatē cōuerſi ceperunt cōmendare vite ſanctitatem: et reuereri eum ꝓpter modeſtiam habitus ſui ⁊ diſciplinam. nec nō fratrum ſuoꝝ deuota diligere ſtudia in humilitate chriſti fundata. Et quidem iuſte. Quē enī gratia dei pfuderat. et multis virtutibus floꝛere fecerat: recte diligi meruit ⁊ ab omnibus magnificari. Creſcente igitur fama bonitatis eius. q̄ plures clerici et laici ad audiendum verbum dei domū eius frequentabant: et nōnulli de ſcabinis ⁊ maioꝛibus ciuitatis conſilij cauſa ad eum veniebant: eo q⁊ ſapiētia dei et fides maioꝛ ſecundū virtutem animi inueniebant̄ ei/dem ineſſe. Qua ꝓpter in arduis ⁊ obſcuris caſibus conſcientias ſuas ſecurius ei comittebant. et libenter eum audiebant: auditoq; eo multa bona deo placita faciebant. Gaudebat igitur magiſter humilis charitate plenus de fructu animarū et ſpirituali ꝓfectu fratrum ſuoꝝ: magnamq; curam ꝓ ne/ceſſitatibus pauperum clericoꝝ gerebat. chriſtum dominū in eis venerando. Con-

sideratus autē venerabilis magister gerhardus dilectum discipulū suū mgrm florentiū speciali deuotionis p̄rogatiua florere: consilio sanctiſpūs inſpiratus. ⁊ multorū fratrū p̄cibus flagitatus: decreuit eundez ad sacerdotij gradū p̄mouere. Qui tāto honore indignuz se cōtestans: ab hoc onere humiliter petijt supportari. Sed fratrū victus instātia tandē mgri sui monitis resistere nō audens obediētia p̄pellente assensit. Factus ergo p̄sbyter nō est elatus in gloriā humanā: sed tāto humiliorin oi actu et habitu suo inuētus est, quāto dignitate ⁊ ordine maior. De quo magr gerhardus tale testimoniū phibuit dicens. Semel feci vnū ordinari in p̄sbyterū: ⁊ spero q̄ dignus sit. De cetero cauebo. ne leuiter quid stulte faciā: q̄ paucos ad h̄ idoneos cerno. Ipse tū dñs florētius sicut vere paruꝰ et vilis in oculis suis. nil magni ex clericali ordinatōe de seipso estimauit: sed inferiores etiā frēs in aio sibi p̄posuit. ⁊ de quodā simplici clerico nondū in sacris cōstituto sic ait. O si p̄ calice meo possem deo offerre in iudicio pennā illius clerici.

De raritate exitus sui ⁊ cū quāta disciplina stabat in choro. Cap. XI.

E bonis aūt ⁊ honestis moribus suis. facile poterat vir dñi florētius ab ignotis et secularibꝰ agnosci: q̄ erat deuotus hō ⁊ amicus dei. dignusq̄ vicariꝰ ihesu x̄pi. Hic ita q̄z p̄ius fuit canonicus scti petri in traiecto. ſ illa p̄benda relicta vicariam recepit in dauentria: vt apud mgrm gerhardū staret. eius erudiēdus exemplo ⁊ doctrina. Unde semel vni amicorū dixerat hec verba. Spero q̄ nō moriar canonicus: ſ in humiliori statu seruiā deo. Et factum est ita ad laudē dei in secula. Qui cū in magna haberet reuerentia p̄ sua sanctitate ⁊ abstinentia: sūme tū vitauit ab hoibus honorari. Jō q̄z egredi ad publicum declinauit. ⁊ manere domi cum fratribus suis vnicuz solaciū sibi extitit: sciens maiorē sibi p̄fectū ⁊ alijs exemplū stabilitatis inde p̄uenire. Transiēs aūt p̄ plateā expeditius ibat. nō tenēs alicubi lōgos sermōes: ſ breui verbo aut sōlo nutu capitis satisfecit obuianti. Sed ⁊ oblatos sibi honores sic paruipēdebat exterius vt sepe nō aduerteret obuiātes: nec quorsuz tēderēt inuestigare curaret. Uadēs aūt ad ecclesiā interim orabat aut meditabat de deo p̄out spūſctūs inſpirabat. Propter magnā aūt corpis sui debilitatē ⁊ frequētes infirmitates q̄s in p̄mo feruore p̄pter nimiā abstinentiā inciderat. nō potuit q̄tidie chorum visitare. In magnis tū festiuitatibꝰ sctōr quātū valitudo p̄misit: libenter affuit vespis ⁊ misse maiori. Cūq̄ esset senior vicarius in sinistro latere chori sp in inferiori stallo locū tenuit: cū tū altior ei sedes post canonicos p̄petisset. Stās aūt in choro neq̄q̄ vagis oculis circūspectabat. ſ versus ad altare cū oi disciplina ⁊ reuerētia q̄tissimus stabat deo ⁊ sibi deuote intētus: ⁊ put eger potuit. moderata voce nō fractis notulis psallebat. Jta morigeratꝰ ⁊ reuerēda facie erat. vt multi pueri ⁊ cātores eū frequēter aspicerēt: ⁊ religiositatē eius mirarēt. q̄ nihil leuitatis in verbo aut motu corpis apparuit: vñ potuisset reprehēdi. Et ego tūc tpis cum alijs scolaribꝰ chor̄ visitare p̄sueui sicut iniunctū mihi fuerat a mgro iohe boeme qui scolas ⁊ chor̄ strēnue regebat. Quotiēs g̃ dñm meū florētiū in choro stantē vidi. ly ipse nō circūspiceret. p̃tiā tū eius ob reuerentiā statꝰ sui metuens. cauebā aliq̄d fabulari. Et accidit aliq̄n vt nō lōge ab eo starē in choro: vertitq̄ se ad libꝝ nobiscū cantēdo. Et stās retro me manus suas sup humerū meū posuit. stetiq̄ fixus vix audēs me mouere: stupēs ad tāte dignatōis gratiā. Erāt q̄z tūc tpis i collegio dauētriēsi p̄les canonici ⁊ vicarij lſati ac p̄babilis vite viri: strēnui ⁊ alacres ad diuinū officiū debita cū laude p̄soluendū. Ibi virū dei mgrm florētiū in reuerētia ⁊ digno honore habētes. ipso p̃nte insolētias leues soliciti cōpescebāt: totusq̄ chorus illustrabat tanti sacerdotis disciplina.

De simplicitate vestimētoꝝ ei⁹. Cap. XII

bene places gustantibus te. Qui expti sunt suauitatē tuā: nozunt inde melius cogitare ꝛ loqui. Vicit enī tua dulcedo oēm dulcedinē ꝛ dulcozat oēm amaritudinē. Dñe deus me⁹ de te viri scti locuti sunt: ꝛ pphete non tacuerunt. Quotquot fuerunt sancti ab initio mūdi in te crediderūt: tibi seruierunt. in hostijs ꝛ muneribus te coluerūt: nomē sctm̄ tuū laudauerunt: ꝛ benedixerunt: qz te creatozē suū ꝛ oīm rerū conditozē cognouerūt: ꝛ in te suꝝ oīa sperauerūt. Cognouerūt te in visionib⁹ suis: tu siquidē reuelasti eis nomē tuū: alium p̄ter te nescierūt. Custodierunt legē mādatozū tuoꝝ: q̄z eis dedisti. Non sunt secuti falsoꝝ deoꝝ figmēta stultissima: ꝑ adozauerunt te viuētē in secula seculoꝝ qui creasti oīa. Le uauerunt vocē suā in p̄fessione laudis tue: qz tu de excelsis clamozē magnū auribus eozū infudisti dicens. Ego sum ego sum aſi me nō est formatus deus: ꝛ post me non erit. Feci q̄ futura sunt: et p̄terita non perierunt a memoria mea. Hec audientes ꝛ intelligentes eleuauerunt etiā in longīquo fidei oculos: credentes qz saluos nos faciet dñs: ꝛ qui venturus est veniet ꝛ non mentiet. Hec p̄scientes cōsolati sunt nō minime: ꝛ vehemēter āmirantes p̄tiā future maiestatis. ꝑ stupoze defecerūt. Respirātes paulisp: ꝛ pre gaudio aspiciētes dei potētiā venientē dixerunt. Ipse est. ipse est: dñs deus noster est. ꝛ alius non est. Ipse cepit: ꝛ saluabit nos. Non pōt negare seipsū qm̄ verus ē. Sicut audiuimus ita ꝛ vidim⁹: sicut credimus sic ꝛ loquimur: ꝛ testamur veritati. Semel locut⁹ est de⁹: dixit ꝛ facta sunt Dixit p̄silium meū stabit: vestrum filij hoim peribit. Ve qui cogitatis inutile: ꝛ post verba dei ridetis. Ve qui fingitis de coꝛde vro sapientiā: ꝛ in potetia vestra eriginū. Audite verbū dñi qui queritis dñm: scitote qz iudicium eius cū habitationib⁹ terre. Non est bonum si auerſi fueritis: state ꝛ cōsiderate vias eius. Reuertimini ꝛ venite: libenter suscipiet vos: qz misericoꝛs ꝛ clemēs est dñs. Nec sicut homo iram seruat: ꝑ oīa pctā donat: insup et gratiā p̄ioꝛē cum posterioꝛe restituet. Tātū toto coꝛde cōuertimini: et donate vos illi ad seruiendū mente fideli. Hec vox sctoꝝ in auribus meis. Quasi melos in cōuiuio. ꝛ quasi thus redolens de thuribulo: sic est verbū dei in coꝛde puro. Sancti aūt tui dñe repleti spiritu tuo. memoriā habūdātie suauitatis tue eructauerūt. Et eloquia sua nobis eructāda reliquerunt. Deus autē sermo sepe claudit inter angustias: ascendenti iter non habet. Sed si ignis desursum venerit: ignitū eloquium meū erit. Et si incanduerit: moꝝ cōsumet me. Non subsistam a facie eius: quia sicut a vento palea, sic tollet de coꝛde mesticia: ꝛ sicut rubigo ab igne, consument peccata mea Ignis diuinus oīa cōburens: mūdabit aream coꝛdis. Descende et accende:: modicū tange me: ꝛ euolabo. Preterita non erunt: ꝛ futura non cōputabunt: quia oīa mala obliuiōi trādentur. Vetera transient in abundantia noua venient et affluent desideria sancta: atq; ex oī latere consurgēt vbicunq; flauerit spiritus almus. Timoꝛ non erit. ꝑ amoꝛ totū ip̄le bit: cessabit q̄z quassatio: nā dextre dei est hec mutatio. Ideo qđ loquoꝛ: non mea sed eius est laudatio. Cōsolatio lugēti est. panis dat petēti: haustū suscepit sitiens. Manus egro data est: vacillāti baculus venit. Deficiēs vires resumpsit: requiē lassus inuenit. Desperanti noua luꝝ oꝛiri visa est: clamāti venit responsum. Caliganti infulsit dulce lumē: via patuit ignoꝛāti: ꝛ porta ilico est reserata pulsanti. Dubitanti affuit veritas: titubanti succurrit autoꝛitas: affectanti querenti obuiauit charitas. Cupiēti dilecto eloquij letioꝛ ip̄e occurrit. ecce assum inquit: dic quid noui nunc accidit. An tibi excidit. p̄o me patiet agere debere? Volentē cum eo pergere: nec hoc p̄hibuit. Statim q; ascendi: ꝛ oblitus sum quicq̄d molestie habui. Desiderantē cū ipso habitare moꝝ p̄tristari noluit: sed lenib⁹ verbis edocuit: quia modo id fieri non cōuenit. Desideriū tuuz bonū est. et placet oꝛatio quā p̄sentasti mihi: ꝑ oportet adhuc differri. Vade ꝛ reuertere in domū tuam: ꝛ annūcia tuis. quāta fecit tibi dñs. Et dic eis. Preparate ſinguli coꝛda vra: ꝛ deponite graue ou⁹ peccati: ꝛ sitis cauti ꝛ fortes aduersus insidias diaboli. Vigilate et oꝛate: vt non intretis in tentationem. Tempus p̄ope est vt veniā: videte vt patos vos iueniā Ecce p̄dixi vob.

De vnico ꝛ sūmo bono q̄rēdo. Ca. XII.

O Ic anīe mee. salus tua ego suz. O q̄ nobilis es anīa: q̄ mira virtus in te latet: q̄ quiescere non vales niſi sum moꝝ adepto bono. et vltimato inuento fine. Quo cognito et inuēto: cessāt motus tuus. O bonū super omne bonuz: o finis sine fine: quando fruar te sine modo et sine fine. Multa hic inuenio bona. sed que alterant: non q̄ satiāt. Poꝛro vnum est necessariū. Hoc vnū quero: hoc vnū desidero. Propter vnū oīa:

et ex vno oīa. Hoc si habuero contētus ero: z nisi potitus fuero semp fluctuo: quia multa me implere nō possunt. Quid hoc vnū? Nescio dicere: desiderare me sentio, q̄ nihil melius nec maius est: sed nec cogitari pōt. Non enī hoc vnū inter oīa: sed vnū sup omnia est. Deus meus est. cui adherere bonū mihi est. Huic dico huic clamo: dic aīe mea salus tua ego sum. Quid vltra cōcupiscis ania mea. desiderio plena? Nōne melius est vt vni adhereas q̄ multis? Ex vno multa: non vnū ex multis. Cessa mlta querere: vni te iunge: vni adherere. in vno totū consistit. Querāt alij multa z varia ad extra: tu quere vnū internū bonū: z sufficit tibi. Ecce alius villam querit alius in negotiatione suam vadit. Alius argentū et aurū multū congregat: alius voluptates ambit z honores. Alius amicos z cognatos requirit. notos z affines libenter visitat: alius vrbes z castella intrat: z varias mūdi partes desiderio oculoruz ductus lustrat. Alius sapiētiā alius potentiā alius magisteriū: alius regale aut principale petit obsequium. Et in hunc modū alius hoc alius illud: siue in seculari siue in spirituali statu requrit. Pauci vnū: z ppter vnum pure z simpliciter querunt. Ideoq̄ nec stabilē pacem inuenīūt nec internā gratiā sapiunt. Quicunq̄ enim sunt christi. non tēporalia. nō terrena querūt tanq̄ tunc magni z gloriosi essent: si his oīb⁹ abundarent. Non ergo ad te ptinet que isti querunt o ania deuota? Profecto nihil. Deteste: hec oīa: quia vnū est bonū meū. vnum diligo vnū requiro. z ipsum melius mihi est: q̄ oīa bona infra vel supra. Si tm̄ bonū inuenisti: horto: te z suadeo tibi: custodi et tene. p quo oīa cōtēpsisti. Nam illud habendo ceteris carere non erit onerosum: imo p ipso lucrando. oīa dare z pati debere. iudicabis rectissime dignū. Quere ergo nunc aīa mea tam singulare z supeminēs bonū. Q̄diu in carne viuis. querere necesse ē: quia nec satis inueniri pōt. quod ad plenum comprehēdi non potest. Erit autē finis querēdi: cum venerit hora fruendi Tūc em̄ erit oīa in oībus: ipse solus vnus sufficiens oībus et singulis. Et si ibi adhuc querit vbi semp inuenit: non tamen sicut hic cum labore: s̄ sūmo cum gaudio z amore. Qualē aut sit pīs in hac vita multis docet noībus: nec ignorat ab exptis Aduerte tm̄ aliqntulū experientia magistra iuuante: que sint diuine pietatis noīa. Pauca tibi appono: s̄ plura atq̄ sacratiora eius doceat gratia. Ecce sponsus est amātibus: et q̄ adhuc in timore ei seruiunt. metuēdus dns. Pater est bonis filijs: maliuolis āt district⁹ iudex. Infirmis est medicus: et sanis solid⁹ cibus. Docto: est ignorātibus: z obtēperātibus sibi salus eterna. Via est incipientibus: veritas ꝓficientibus: z vita pfectis. Spes ē penitentibus: z iustis cōsolato: optim⁹. Gloria est humiliū: z pena superbor. Lux est in tenebris et lucerna in noctibus: dat medelam egris mentibus: z vinū leticie multū tristib⁹. Stat cum pugnantibus. ambulat cum ꝓficiscentibus: currit cum feruētibus: volat cum contēplantib⁹. Adest orantib⁹. loquit cū legētibus: quiescit cum meditantib⁹. In oīb⁹ his operatur vnus atq̄ idez deus: apparens singulis ꝓut vult: z non est rēphensio in sermone ei⁹. neq̄ inuestigatio operū eius. Magna sunt enim z inscrutabilia iudicia eius: z nemo dicere pt. cur ita facis: z quare hūc magis q̄ illum eligis? Stulta est hominis interrogatio aduersus oīpotentē: et oīs adinuentio filioz adā. vanitas z nihilū. Quomodo placent tibi hec. z q̄liter sapit tibi deus? Bene sapit mihi: z opa ei⁹ non possunt mihi displicere. Justus est. et quis pōt eum arguere de iniusticia? Qui em̄ hoc fecerit. cōtrariū se illi cōstituit: z arguet ab irrephensibili lumine eius. Sed hec que audisti quid sunt in cōspectu ei⁹? Vix scintilla modica est: ab eo q̄ intrinsecus latet. Queris quid istud? Dico. nescio quid est: s̄ est totū supra me: z quasi inaccessibilis quedā caligo: cuius principiū sic et finis ignorat. Sit ꝓinde potior meditatio tua. z affectus frequētior circa humilia vestigia. iesu: z noli ab alta cito cōscendere ne opprimaris a gloria. Nec q̄ amor intensus interdum obliuiscit reuerētie z timoris: tollerādum est. si aliq̄ de dilecto suo amans intēse inflamat: vt querat non solum qualiter paruulus natus in p̄sepio vagiat. aut in patibulo crucifixus pēdeat: s̄ qualiter gloriosus in celo regnat: et cuncta sub celo mirabiliter disponit. Libenter sequor te amande. iesu. in terris: sed multo libentius sequerer ad celos Ubi est thesaurus meus: ibi erit z cor meum Thezaurus meus tu es charior omni creatura: qui es ad dexteram patris. Pro me incarnatus: pro me eleuatus. Exemplū te reliquisti in terris: premiū te seruas in celis. Ad te igit oculi mei: p⁹ te omnes gressus mei ibunt Tibi dicit cor meum: exquirit te facies mea: faciē tuam domine iugiter requiraz. Usque

quo domine visio glorie tue? Quare faciem tuam abscondis: ⁊ arbitraris me inimicũ tuum? Scis vtiq; quia tam diu fertur hĩcinde animus: trahit̃ ⁊ retrahit̃ in diuersa affectus meus: donec tibi tãq̃ suo amabili iungat̃ in celis. Vis etenim amoris quiescere nescit: ꝑ de suo amato incessanter querit: nũcios emittit. preces geminat: sed nec sic dimittit: quia amor omnino possidere vult quod ꝯcupiscit Trahe ergo me: vt currere incipiam feruẽter post te. Opus mihi est tractu: et magno tractu. Nisi enim traxeris nemo venit. nemo sequitur: quia ad se quisq; curuat̃. Si trahis ecce venio: ecce festino: curro ferueo Sinaũt: nec curro nec quero: vix est ꝙ sequi desidero Sed si manum dederis: tãto celerius curro: quãto fortius traxeris. Vox dilecti mei trahentis. Et ego cum exaltatus fuero a terra: oĩa traham ad meipsuz. Jesu bone trahe me post te: et non solum ego sed oms̃ curremus in odore vngentoꝝ tuoꝝ. Primũ itaq; trahe me post te: deinde sequant̃ alij viso exemplo bone vite. At ne supbire possemus bonũ est nobis hoc simul sentire: quia non in viribus nostris: sed in odore vngentoꝝ tuorum currere cepimus. Hic est tractus diuinus: sine q̃ proficit nullus: sed nec incipit aliquis. sicut itidem dixisti. Nemo venit ad me: nisi pater meus traxerit eum. Quẽ ergo trahit pater: vtiq; sequit̃ te ⁊ deserit se. Bene tractus videbat̃: qui dicebat. Magister. sequar te quocunq; ieris. Sed non est omniũ sic ad te affici: nec parue est anime tam parate ad omnia te sequi. Qd̃ tibi obest anĩa mea: ꝙ ꝓpter iesum nõ deseris omnia? Quare tam inuite separaris a vanis et perituris. Quid iuuãt hec visa? Ecce cũ ꝑ res mortales et visibiles creaturas ꝑgis volens in eis cõtentari: ꝑdis meliora. A summo bono te diuidis cum hoc agis: et a vera ac beata eternaq; vita te auertis. Idcirco misera et infelix manebis: plena doloribus et anxietatibus. Quocunq; enim te vertere disponis. dolores semꝑ inuenies. et tedia multa. nisi fueris iterũ ad creatorem cõuersa: quia ipe est pax tua ⁊ requies secura Verũ si in terrenis morã minime feceris. nec pedem in limo fixeris: sed potius considera ueris ⁊ venerata fueris in speculo creaturaꝝ non imaginẽ que transit sed eũ cuius est hec imago ⁊ superscriptio: beata eris ⁊ non morieris. Cum enim cuncta visibilia nõ ad fruẽdum queris. sed ad benedicenduz creatoris tui nomen aspicis. fabricãdo tibi ex summis et ymis operibus eius scalã quãdam cui innitaris ad sursum ꝑgendũ: liberaberis vtiq; a seculi visco pessimo: ⁊ tuo desiderato fini satis intime copulaberis: qui est super oĩa deꝰ benedictus in secula. Amen.

De vnione anĩe cum deo et desubtractione gratie. Capitulũ. XIII.

Adhesit anima mea post te. Deꝰ meꝰ consolator verus. tu scis quia non te det me tui: sed quotidie libet tibi in secreto meo loqui. Sed vbi te queram. si forte ad horaz perdidero? Quis me ꝑducet ad te? Tu suꝑ omnia deus: ⁊ ego inter ista inferiora homo pauꝑculus. Tu in celo: ⁊ ego in mundo. Tu solus altissimus: ego vero pauper ⁊ mendicus. Quis mensus est distantiã celi et terre? Hec valde distant: sed tu longius a me. Quis ergo me tibi adiunabit? Aut tu facies: aut nullus poterit. Veruntñ si vis: fiet vtiq; celeriter. Tu aũt nosti. quia cadere mihi ꝓcliuius ex me est: abs te vero stare donatur et ꝓficere. Ideoq; pendet anima mea ex dignatione spũs tui: ⁊ infusione gratie salutaris. Jubente te eleuabit̃ de terra: auertẽte aũt te faciem tuam ad se ꝯturbabit. Propter charitatẽ tñ tuã ⁊ mãsuetudinẽ assumes me: et deducet me mirabiliter ad te dextera tua. Quiq; terrigine ⁊ filij hominũ audite: quia possibile est ac facilimuz apud deum. vt fiat quod scriptũ est: simul in vnum diues ⁊ pauper. Pauꝑ ego sum et omnibus indigens: ꝑ diues iste deus meꝰ est. nullius egens. Huiꝰ rei et si non magnã exꝑientiã: habeo tñ fidele testimoniũ vnde id ꝓbem: quia possit aĩa deo vnire per gratiã. Dilectus meus inquit mihi. ⁊ ego illi: qui pascitur inter lilia. Hoc ẽ testimonium amici ⁊ amice: sponsi et sponse Cõueniens satis ⁊ validum sacre legis testimoniũ. Secundũ aũt simile est huic. Volo pater vt oms̃ vnum sint: sicut et nos vnũ sumus. Ecce duoꝝ libroꝝ preclara testimonia: quibus liquide patet deo posse animã familiariter cõiungi: ꝑm gratiam celitus sibi datã Et si res est rara. tñ valde est cara: nec amanti ignota. Quãuis quoq; sit difficilis: nõ est tñ penitus impossibilis. Quã ergo deus sibi sic ꝯiunxit: nemo separare aut cõturbare audeat. Si stupes dignationẽ vnionis huius: obstupesce ⁊ ãmirare excellentiam bonitatis eius: nec non ⁊ assũpte humanitatis vnionẽ singularẽ. Licet ei agere quod vult: qui facit mirabilia magna solus. Si merituz queris: inuenies beneplacitũ sue voluntatis. O dul

cis societas: cum christo ⁊ sub alis christi. O gratiosa conunctio: plena dilectione et sua/uitate spūssancti: que melius sentit q̄ dicit. Hec pertinent ad animā que oībus mundanis se fecit alienā: quam non tenet amor vite presentis: sed sursum vexit secretuz mentis. Quanto istud notius est amanti: tanto ob/scurius est ⁊ mihi. Vellem tamen libenter interesse: quando anime deuote solet bene esse. Est aūt illi bene: dum fuerit cum spōso in meridie. Est ⁊ illi male et multū egre si contigerit Jesum abesse: si desinant fluere aromata gratie. si minus sapiāt littere sancte. si tedet orationi aut meditatiōi insistere: si sic dēsant cordis nebule. ⁊ tantū prevalent cogitatões noxie. vt cohiberi vix valeant: sed pene simt omnia bona priora obruere nitant. O domine deus: quid sic facis? Quis est iste ludus? O pie iesu quid in hoc facto pretēdis? Si tibi non displiceret: optarē latius inter te et dilectā tibi habere colloquiū. Ex eo q̄ ipsa votis oībus tuā gratiosam querit psentiā. quascastis foueat delitijs: miror cur ipsam pateris interdum sedere sic desolatā Quasi ipsa non esses que te expetisset: ita pertrāsis ⁊ recedis. Ipsa aūt gemens et sola. Eius enī vox ista videt. Anīa mea desiderauit te in nocte. Nox ei est: cum tu vera lux non ades. Precatur ergo tuā presentiā: ne te tenebre peccatorum eam cōprehendant. Sentit vtiq; incommoda multa: subtracta sibi visitationis tue gratia. Nisi enī aliquid passa esset: non tam desideranter post te clamasset. Clamauit et altera: cuius verba iam supra. Adhesit anīa mea post te. Sed nullam estimo huic tā molestam fore vel videri molestiam: quam tuā abesse presentiā. Et non mirum si ex hac etiā carencia incidat anīa amorosa. in quendam cordis sui languorē. Tu enī difficulter q̄q; inueniris: et cum fueris tandē inuentus illa gaudet ad reditū tuum. sperans letum diem agere tecum: sed minus tanta de recessu tuo. nihil triste suspicatur. Tu autez aliud tacide tractans: sepe fugam exhibes. Recedis q̄pe repente de manibus eius: illa non presumente. Laudo te: in hoc quomodo laudabo? Si quid laudis habes ⁊ dulcoris: cur in hoc facto videris illud amittere? Nisi tu esses. forsitan scandalum illi grauares. Sed non pōt in te scandalizari: a quo se nouit tam valenter amari. Si ergo quid iuste rationis tali documento figuras: indica mihi obsecro deus. Vellem enim libenter intelligere: nec inutile iudicio. vel parum inde scire. Occulta nāq; iudicia tua nemo per se intuet: sed lux tua ē que obscura queq; illustrat. et noxia fugat. Quare igitur est q̄ te subtrahis interduz tā occulte ab anima ipsa ignorante? Diligis eā an non? Si diligis: cur fugis dilecte mi? Si nō diligis: cur pridem visitasti? Etiam si nō diligis: cur denuo reuerteris. et ostiū pulsas et intras? Nunquid leuitate vteris eundo ⁊ redeundo? Absit. Sed non est illi leue tā frequens alteratio: quinimo nascit nō modica turbatio. Adhuc minor forsitā querela esset: si palam illi diceris. Vado et venio iterū: et gaudebit cor tuū: ⁊ gaudium tuum nemo tollet a te. Nunc aūt ,puerbium nullum dicis: q̄ illius verbi recordat cuius veritatē experit: quia ihesus abscondit se et exiuit de templo Habeo ergo aduersuz te pauca: sed ex bona radice orta est mea cōquestio. Cupio humiliter erudiri: non ipacienter litigare. Dabis p inde interroganti responsum: cū fuerit oportunum. Loquatur etiam ad maiorem intelligentiam: aliquid pro se anima deuota. Respondet et tu libere partē tuam. Dilectus enī patienter te audiet. ⁊ occurret verbis pacificis: ne detrimentuz ex eo patiaris. Quis enī te cōsolabit: si nō ipse fuerit psolator? Et tuā infirmitatē quis clementius feret: nisi qui cūcta sine onere portat? Cui etiā tutius reuelabis si quid triste habueris: nisi omnia plene sitienti? Aut cui magis fidem dabis: nisi nō fallenti veritati? Jam hec si quis externorum audierit. et qui non est de amicis sponsi: prefloribus arceatur. Sin vero sponsum diligit: si fidelis fuerit. si deuot⁹ ⁊ internus: illi liber concedatur ingressus. Si custos conscientie si amator virtutis fuerit ⁊ discipline: si affectu purus et intellectu clarus. si in se humilis et ad suos pius: si bona audita non male capere non vane afferre. nō temere arguere. nō animose defendere. nō superbe predicare nouit: sed econtra non intellecta venerari. obscura ⁊ mistica sane interpretari didicit: talis introducatur: ⁊ huic intersit gratis colloquio. Affectus enim cordis ex verbor sonitu magis pensare debet: q̄ vocum qualitates. Jndica ergo mihi anīa: qualiter te sustines absente dilecti gratia. Ego me sentio minus leniter posse sufferre si se in lōgum voluerit differre: et puto aliquid simile de te. Si vis sedeam⁹ hic pariter: et conferamus super hoc verbo pro aliqua consolatione nostra.

De tristicia anime absente dilecti gratia. Capitulum. XIIII

Dormitauit ania mea p̄ tedio. Quis d est iste sermo quem loqueris? Qua re dicis syon reliquit me dominus? Noli timere filia syon. anima amans ꝛ specu lans: ecce rex tuus dilectus dilecti veniet tibi Surge sta in excelso: et vide iocunditatem q̄ veniet tibi a deo tuo. Quesiui inquit et non inueni: vocaui ꝛ non respondit mihi: propte rea dormitauit anima mea p̄tedio. Et ego hec vox turturis: amisso cōpare. Mō est ho die sicut heri ꝛ pridie: quando cantabas can tica leticie. Precessit mane, venit vespe: spon sus aūt cubat in meridie: nec datur accedere Verba tua tristiciam sonant: et oculi tui la chrimis rigantur. Anima in dolore es: et cō solari opus habes. Sed dic vnde est? Non est mihi super auro et argēto aut qualibet re mundi: nō de lucro aut damno. non de in iuria aut penuria: que mūdo iam mortua sū et crucifixa. Si bene te noui: diu oībus mun danis abrenunciasti. Sed an etiam te in om nibus perfecte abnegasti: ꝛ vsq̄ ad contēptū tui veneris inquiro. Hoc paucissimorum est: et exigitur specialiter a te. Unde est ergo do lor tuus? Quid amisisti? Si de dilecto ē: scio quia non in merito tristicia impleuit cor tuū: nec est quid q̄ tibi iocundum. donec reuerta tur: et reddat tibi aspectum suum. Sed quo modo interim te sustines. o delicata ꝛ innixa super dilectum? Et mihi cōstat: quia semper p̄o voto non adest. Ergo duꝛ abest quid so latij habes: ꝛ in quo te quietas? Narra mihi secreta tua: etiā si sint dolore plena. Te p̄m absentem dolore nemo dubitet: nisi qui non amat. Habes modo tristiciam: sed de spon so christo: non de mundo isto. Et scio q̄ illo reuertente iterum consolaberis: quia non im perpetuum tui obliuiscetur. Dixit enī. Non relinquam vos orphanos: vado ꝛ venio ad vos. Non ergo sunt vacua verba tua cū tā to dolore prolata: sed cor amantis ostendūt: et geliduꝛ cor feriunt. quod amore christi nō igneſcit. Vox enim tua vox turturis: nō cla mor murmuris. Ideo cōfido q̄ inuenies eū: quem doles amissum. Interrogo tamen te. Quid dicis de eo quē sic absentem ploras? Bonus est an aliud suspicaris? Et quidē bo nus. et bonus valde: iustus et fidelis. in quo non est iniquitas: sed nec esse potest. Cur igi tur doles de bono: in quo non est dolus? Mō de bono doleo quia bonus est: sed me misē ram lugeo. quoniam bonum et fidelem ami cum amisi. Ego ego sum que merui: sed ve ve. quia sollicite gratiam eius non custodi ui. Perdendo didici: quid habendo possedi Indicat dilecti absentia: quid contulit eius presentia. Letabar cum eo et iocundabar: ꝑ minus cauta fui de celeri recessu. Uenit sali ens in montibus: hilaris et iocundus in ho stijs domus mee. Et statim clausi fores car nis: et introduxi ad me dilectum. Sedi q̄ cum eo: et requieui sub eius vmbraculo a tur bine et a pluuia. Et gauisa sum: viso dilecto Quid ni gauderem? Ipse gaudium meum: et exultatio cordis mei. Eya quid habui: et quid in illa hora possedi. Non possum indi care tibi. q̄ bene mihi cessit: nec nunc quidē dicere expedit. Plus desiderare non potui: presente illo quē solum dilexi. O q̄tum dile xi: quando me et omnia neglexi. De omni re que delectare potuisset. parum vel nihil cu rauī: quia eius amor me totam rapuit: ꝛ quic quid ipse non erat. incōgruum videbatur et insipidum. Quo oblato: ꝓiectum est cor me um pene extra me Dependebat enim anima mea ex gratia eius: quia aliud non habui so lacium. nisi hunc quem plango subtractum Sufficiebat mihi: et satis erat ad omnem le ticie veritatem. Sicut volebam sic ille erat: et quicquid mihi precipiebat libēter accepta bam: meq̄ illi totaliter ꝛ prompte donabam Et concors animus: ꝛ tranquillitas magna nobiscum. Nec fuit ausus quisq̄ nostrum ir rumpere silentium: illo nimirum sic iubente per os suum. Adiuro vos filie hierusalem p̄ capreas hynnulosq̄ camporuꝫ: vt non suscī tetis neq̄ euigilare faciatis dilectam. donec ipsa velit. Jam nunc perpende si vales ver ba mea sentire: quantum mihi de absentia di lecti necesse sit dolere: cuius ex presentia oīm bus bonis cepi abundare. Ad hec respondi Scio quid loqueris: experimēto sepius p̄o bauī quod dicis. Sed in hoc ꝓsolemur: quia eius dispensatio voluntatis: nostre deuotio nis est profectus. Et nunc que dixisti. gratā ter suscepi: sed adhuc perfectius ea vellē au dire. Tardioribus enim sensu: opus est mo rosior declaratio.

De scrutinio super dilecto ⁊ donis gratie eius.

Capitulum.XV.

b Benedictus deus qui nō amouit misericordiam suaz a me. Assum igitur pio rursus scrutinio querens: si quā do te sine interna consolatione reliquerit dilectus, quid interim agis: quid etiam super hoc consulis: quali quoq; arte possit reconsiliari vel reuocari. Rogo te charissima et deuota christi amica: nihil horum sileas a me que venerim interrogare. Potes prodesse hac vice: pandendo mihi quod pie sentis. Ex tuis sermonibus potero mensurare pondus mei doloris: an iuste sit vel iniuste quod dolui. Vidi em̄ te quandoq; hilarem: quandoq; vo tristem: rursusq; conspexi gaudentem: ⁊ ex te perpendi aliquantulū me. Sed causam huius mutationis hanc reor esse potissimā: de transitu ⁊ reditu vnici dilecti tui. In quo casu plura te percurisse intelligens informandus accessi. At illa. Desiderijs tuis annuens, conabor saltem modice propalare que intra me aguntur: siue cum fuero cū dilecto, siue cum ablactata remansero sola: expectando eum quem diligit anima mea. Sane hoc primum noueris: quantum mihi gaudij ⁊ dulcedinis eius confert gratia: tantum doloris ⁊ amaritudinis ministrat illius absentia. Sed cur sic dispensat vices suas: vellem eum potius dicere q̄ me. Audies autem cum compleuero verba carminis mei: quia postremo introducemus eum ad nos. sedensq; in medio nostri, docebit nos ordinationē suam: quā solitus est exhibere amātibus suam p̄sentiam. Sed iam audi patienter me: ⁊ imperfectū eloquium meum non sit tibi graue. Ad excitandum nanq; corda nostra inuicem conuenimus: vt vel pariter lugeamus: vel ex amore insimul gaudeamus. Te enim soli: quia cum ceciderit in aliquam tristiciam vel tentationem: non habet subleuantē. Et si fuerint duo pariter confouebuntur mutuo: dum vno tristante alter consolationem ingerit: aut si consolari respuit, compassionem mox prebet. ⁊ super amico contristari vehementer incipit: sicq; fit vt aut pariter gaudeant: aut de ablato gaudio lachrymis se mutuis consolentur. Et q̄uis adhuc dolor de aduersa causa vel re flebili insit: animi equiores tamen fiūt quia tam vnicordes se inueniunt: vt rebus mutatis corda minime mutari seu corrumpi potuerunt. Quis non diceret cōsiderata hac animorū tam fida concordia: ecce q̄ bonum ⁊ q̄ iocundum habitare fratres in vnum? Possum igitur liberi? tibi dicere quod sentio: quo nil doli vel captionis in te formido. Ecce iste dulcissimus sponsus ⁊ dilectissimus amicus meus dñs meus iesus xp̄us amator animarū sanctarum, ex amore cessare nō valens: attraxit me miseram ad se. Et cū non essem, dedit mihi esse viuere sapere: ⁊ cōmuni hac frui luce. Contulit ⁊ renasci p̄ gratiā baptismi: ⁊ suor me vestiuit gloria meritorū. De hinc cū multis peccatis me deformassem. ⁊ inepta ad re amandum essem: non aspexit ad meam fediatem: sed ad sinum miserationum suarum. Ereni adhuc longius me vagante, vocauit per gratiā suam: nō sinens me perire in hoc seculo. Prouidit deinde locuz mihi ad pausandum modicum: q̄diu in hoc fragili corpore dego. Non est tamen vera pausatio: ne q̄ diuturna ista qualiscunq; habitatio sub vmbra dilecti. Illa est vera pausatio: q̄ post p̄sentis vite labores percipitur in patria. Est tamen suo modo suauis quedam anime releuatio ad deum suspirantis, exutam se videre a grauibus seculi nexibus: et illic iam esse quo possit dilectio plenius seruire: atq; in secreto silentij sibi ⁊ illi vacare. Nō defuit etiā diuersis necessitatibus meis: iuuans ⁊ in tentationibus primitiuis. Frequēter quoq; me sermonibus instruxit vtilibus, confirmans me in verbis suis. Et sicut nouelle plantationes rigari solent ymbribus: sic internis me rigauit consolationibus: ne tāq; testa virtus in me inchoata arescet. Et dixit mihi. Si volueris ⁊ audieris me: videbis omne bonum Si feceris que dico: eris amica mea. Si me elegeris et super omnia amaueris: fiet tibi a patre meo quocunq; petieris. Si autem me dimiseris: erit tibi hoc in offendiculum: et ponam contra te zelum meum. Et cū que sieris alterum non diu tibi placebit: sed in tedium ⁊ amaritudinez conuertetur: quia ego salus ⁊ vita sum anime. Et conuerti me ad eum qui benefecit mihi: et excutiens me de puluere terrene affectionis statui in cordeo meo de reliquo viuere illi soli: quoniam nihil melius eo: nec vllum salubrius hoc pacto. Eant ⁊ requirant quicunq; volunt quē ament et cui seruiant: mihi compertum est hunc verum esse anime virum: p̄o quo nec mori erit difficile. vt eius semper inheream amori. Adhesit ergo illi: placuit enim semp

mihi: nec meliorem inuenire potui. Talem ẽm vehementissime desiderauit anima mea. quo nemo maior nemo melior nec dignior esset: & qui omnibus bonis afflueret. Et quia multum benignus erat. consolatoria adhuc verba dabat: ꝓuidens sollicite ne quidã asperitate & duricia nimia me terrerent & frangerent: sed quod leue ac suaue esset ad portãdum magis imponerent & docerent: vt sic affectus iniciatus melius traheretur: ac forti⁹ in amatum tenderet nec resileret. Melius inquit docebitur & pficiet: si non coacte ꝫ sponte ꝓuocetur. Facilius suscipiet iugum meũ. si amor magis per premia inuitauerit: q̃ timor per supplicia terruerit. Q̃ si in pulsu indiget: solerti moderamine tamen fiat: ne violentia subruatur. Ipse ẽm sciebat quid nouelle plantationi expediret: & quid mihi post modum vtilitatis hec ipsa pietas conferret maxime instante ꝓbationis tempore: cũ possem faciliter recogitare quanta in initio fecisset anime mee. et ideo non deficerem in aliq̃ certamine. Nec mox mihi indicare voluit: q̃ et quanta in eius seruitio essem passura: sed letis quãdoq̃ permiscuit tristia. considerãs imbecillitatem & incapacitatẽ primo nascentis fruticis: donec ad ardua conualescerem. Post hec circũduxit me & docuit: atq̃ in humeris suis portauit. Circũduxit ꝑ paginas sacras: & sancto flamine me armauit contra dyaboli nequicias. Proposuit mihi omniuz virtutum specularia: sanctos videlicet patriarchas & ꝓphetas. ac noui testamenti gloriosa luminaria. Circũduxit etiam me per loca heremi. et tabernacula egipti: vbi vigere inceperat & crescere monachorũ ac cenobitarum nomen magnificum: qui suis exemplis imitabile & credibile fecerant suaue esse iugũ dñi: & amaram atq̃ fallacẽ latam viam seculi. Docuit me sicut mater paruuluz: frangẽs mihi nuces spirituales & inferẽs faucibus meis nucleos: quia dulces erant ad vescenduz. Inuestiga si potes quid significẽt: & vbi nãtales inueniant. Aperi codicem apostolicũ: & coniectis oculis lege si potes tanta capere misteria. Resolue ysaiam: inspice euangeliũ lumen omniũ luminariũ: & vide si non ꝓducãt ex se dulcissimos nucleos. Quicquid ex his inueneris obscurum & intellectu difficile nucleus in testa est. Sed si audieris exponere & intellexeris quod ante nõ potuisti: testa nucis frangitur: & dulcedo nuclei saporescit in corde. Sic et in alijs sententijs subtilioribus estimandũ est. Unde & tot potes intueri nuces: quot sensus latentes. Et quomodo putas portauit me in humeris? Fecit ꝫ quotiens cũq̃ infirmitatem meam aspexit: nec tamen abiecit neq̃ despexit: sed patienter & lõganimiter me sustinuit. Portauit etiam me in humeris suis: quando alijs inspirauit. et virtutem dedit patiendi infirmitates meas: & quicquid in me reprehensibile erat. Portauit adhuc multo carius me in humeris suis: quando baiulans sibi crucem exiuit in eum qui dicitur caluarie locum: vbi et crucifixus est. Ego enim ab ipo magis ibi portabar: q̃ crux ipsa. Et erant onera grauiora humeris eius peccata mea: q̃ hoc lignum crucis. Nã propter me portata est crux illa: non propter se. Meruit tamen dedicari et honorari propter eum qui baiulauit eam: & mortuus est in ea. O quantũ mihi super oĩa amãdus est & venerãdus: cuius merito et gra sic quesita sum et redempta. Erit igitur mihi dilectus iste: sicut vnicus matri sue. Et ego veraciter noui: quia nequaq̃ eius conuenio dilectioni. Tamen quicquid ꝓsumpsi: de illius processit dignatione. Et consequens non fuit vt illo tam benigne se gerente ad me: nõ occurrerem ad vicarios amplexus. Memoriter teneo: quid dixerit dauid. Quis sum ego vt fiam gener regis? Sed est lõge maior ista q̃ illa affinitas. Quia hec est celebs et sincera cognatio. vbi caro & sanguis locum non habent: sed fides inuiolata et bone conscientie ad deum interrogatio. De qua & ille discipulus quez amabat plurimũ iesus dicit. Quia maior est qui ī nobis est: q̃ qui in mũdo. Deus eñ charitas est. & ipsa hanc cognationez parturit. Cum ergo dauid tantũ se humiliat vt gener terreni regis fieret: quã humilit me oportet sentire: q̃ rex regum dñs me pauperculam dignatur agnoscere: & ad sui amorem trahere. Fecit itaq̃ mecum nõ sicut meruí: sed quemadmodum benivolẽtissima virtus eius dignabatur: sicut per omnia charitati & iufinite bonitati eius placere videbat. Felix & benedicta anima: diuini amoris vinculo colligata. Q̃ nobilis & ingenua: que tã sancte copule non ignorat vota. Et quia iã plixior sermo de dilecto ꝓcessit: nec tamẽ quod querebas narratum est: ex ordine alius succedat: quem ipse nobis dulcem ac fructuosum facere dignet.

De benigna ꝓtectione dilecti ⁊ sufferentia anime. Cap̄. XVI.

Ecce sicut oculi ancille ī manib⁹ dñe sue: ita oculi mei sp̄ ad dilectū meū. Ex eo tp̄e q̄ eū amare cepi: etiaz ꝑseuerare cū ipso volui. Q̄ cū instituissem: placuit ei hoc ipsum. ⁊ cōfirmauit dicens. Qui manserit in me et ego in eo: hic fert fructum multum. Sed vt ꝓbaretur virtus dilectionis q̄ vera q̄ fortis ⁊ q̄ casta esset: necesse fuit vt tentatio illud aperiret. Tentari aūt nō possem nisi ipso p̄mittente: ⁊ paululum se abscondente. Et q̄ ad purgationem interioris hoīs necnō ad fecundiorē fructificationē virtutum, atq̄ clariorem spūalium donorum ꝑceptionem tentatio ꝓficere solet: ipsa me apprehendit et exercere cepit. Q̄ fortiter et q̄ frequenter hinc inde me iecit: quē nullum latet secretum deus ⁊ dñs meus clarissime nouit: qui testis est omniū que in corde meo gerebant. Et nunc vsq̄ me conspicit: nec aliud q̄ fragile figmentum esse cognoscit. Nisi ergo adiuuisset me qñ grauabar taz anxie. ita vt viuere vix me crederem: paulominus habitasset in inferno anima mea: tanq̄ ꝓlapsa in desperationis fouea. Sed ipse misertus ē mei: qui tribulatis corde solet adesse. Quis enim ad tolerandas p̄ualeret tam multas tētationes: nisi deo se ꝓtegente et adiuuante? Q̄ igitur stare potui ante faciem venti: eius fuit misericordie. Et q̄ adhuc stare me cognosco: ex eiusdē pietatis munere venit. Unde mihi nequaq̄ confidere debeo: donec in carne viuo. Etiam si celum serenum sit: non puto q̄ securitas amodo erit. Subito enim aer concitabit: ⁊ fortassis quādo minime estimatur. Tanto igitur magis mihi necessaria est dilecti mei gratia ⁊ ꝓtectio: quanto verius experior. pene om̄ia patere ꝑiculis. Nusq̄ locus tutus est q̄ in celo: vbi dilectus meus pascit electos suos in leticia ⁊ exultatōe. Sed quādo ibi? Dicere inde quid possum? Cogitare vix modicum inde licet: nec tamē clare: sed introire minime licet. Utinam veniat ipse ⁊ collocet me in loco pascue sanctorum lucidissimo tutissimo ⁊ amenissimo: vbi non est sathan neq̄ occursus malus de cetero. Adhuc in mari laboro: ⁊ an portum attingam salutis ꝓpter tentationes ex diuerso afflatu tumescentes ignoro. Nihil ergo mecū agitur in tuto: sed hoc mihi pro scuto manet ⁊ tegumento: q̄ fidei lumen semp̄ aspiciam, q̄ dilecti mei gratiam humiliter requiraz: q̄ bonam spem ad eum indefesse geram: q̄ ab eius caritate separari nullatenus consentiā q̄ deniq̄ eius ꝓuidentie ⁊ abissali misericordie plusq̄ proprie industrie me relinquam. Quapropter licet etiam frequentissime titubabo, ac nonnunq̄ in vicia cado: et nequaq̄ tamen desperare debeo: sed ad ipsum instanter clamabo ⁊ eiulabo. Domine deus meus miserere aīe mee: ⁊ ne sinas me periclitari in tentationibus meis: sed adiuua me fideliter vt fortiter resistam ⁊ vincam. Operi manuum tuarum porrige dexteram qui me ꝓbas per sathanam: ⁊ sepe ponis ad partem sinistram. Q̄ si tam grauis tentatio aduenerit. que me ad dominū clamare ꝓhibuerit: mox ex intimo corde suspirabo. Ipse enim nouit abscondita cordis: ⁊ scit quid desiderat spiritus. Non enim est voluntas eius: vt pereat vnus ex his pusillis qui credunt in eum. O q̄ magna misericordia eius super me: etiam ignorante me vel non aduertente. q̄ me cum fuerit in tribulatione. Nam multotiēs seruauit me: vt nō traderer passionib⁹. Qñq̄ vo ex occulto eius iudicio factum est: vt caderem ⁊ vincerer etiam in paruis: ne forte superbirem. ⁊ in magnis p̄sumerem: sed humiliata ⁊ confusa discerem: quia nihil eram. etiam cuz bene stare videbar ⁊ florerē. Sua deo ergo ne temere aut cito me laudes. licet prospere procedam: sed fini sancto reserua potius laudem: immo nō me sed dominum lauda. Laudetur solus gloriosus deus: qui astitit mihi frequenter in tentationibus meis. Sepe nāq̄ cum captus essem ab eis: pie liberauit me. Interdum autem veniētes vt turbo ad dispergendum me. emisit sagittas suas. ⁊ dissipauit eas: fulgura multiplicauit ⁊ contutbauit eas. Et recesserunt a me. vsq̄ ad tempus. Nam omnino carere eis me noluit: quod raro alicui sanctorum in hac vita donauit. Habui ergo post hec modicam requiem: largiente dilecto meo pacem. Qua tamen adepta non ad corporale neq̄ ad seculare ocium me contuli: sed ad mentale ocium me verti: vt terram delonge cernerem: ⁊ celi iam secreta parumper inspicerem. Intēdi itaq̄ mihi vt viderem qualis essem: ⁊ quibus modis illi melius placere possez: qui tāta mihi dilectiōis ostēdit signa. merita mea valde excedētia. Non poterā in turbine tentationis videre q̄ suauis esset dilectus me⁹: sed in sereno mentis et quiete solitudinis.

Et quantum in me erat hanc pacis serenitatem sine intermissione optabam. vt illi perfectius adhererẽ: ⁊ sine aliqua abstractõne ⁊ molestia vacarem. Sed non ꝑm desiderium anime: effectus semꝑ comitat̃ gr̃e. Datur tñ nõ nũq̃ desiderata dulcedo: nõ nũq̃ ꝟo differt̃ ex iusto. Cui etenĩ non optabilius foret sub vmbra pausare dilecti: dũmodo liceret: dũmodo tp̃s ⁊ locus admitteret? Nunc aũt vicissim opatur mecum dilectus meus. Nec semꝑ sentio qd̃ turbat: nec indesinẽter fruor qd̃ delectat: sed fit vespe ⁊ mane dies vnus: qꝛ eundo ⁊ redeundo per leta ⁊ tristia: agitur tota hec mortalis vita. Senserat nimiruꝫ h̃ idem sctũs qui dicebat. Visitas eum diluculo: ⁊ subito ꝓbas illũ. Videt̃ tñ aliqualis reqes: si nõ nimis cõtinua sit aut importuna tẽtatio. Cum ergo donatũ mihi fuerit. vel parum in dilecto meo suauiter requiescere: gratum oĩno habeo. ⁊ optabile. Gaudeo in hoc ⁊ semꝑ gaudebo: ꝓ tam deifico mũere. Prestat insuꝑ fiduciã affandi eum quacunq̃ de causa fuerit: ꝙ totiẽs benigna visitatiõe sua me g̃tis p̃uenerit. Siquidẽ ipso appropinq̃nte ⁊ diez festũ meũ agere volente: subito lux cordi meo infulget: ante cuius cõspectũ oĩm inaniũ cogitationũ caligo pellit̃: ⁊ diu optata serenitas possidet? Ad ingressum nãq̃ eiꝰ stare nõ põt aliquid turpe aut indecẽs: quia mũdicie amator est ⁊ insertor: sed necesse est vt abscedat oĩs illusio dyaboli: cũ oĩbus põpis mũdi. Suppressis ergo passionibus ⁊ tẽtationibus meis quas ꝑtuli: clarius eũ cepi agnoscere. atq̃ feruẽtius diligere: studui q̃z gr̃as eidẽ agere: ꝙ iam sero dignatus sit viciorum a me tumultus ꝓhibere. Etenĩ ipsa solent pacẽ meã inquietare: ⁊ os meũ moliũtur obstruere: ne loquar ad dilectũ meũ. Sꝫ frustra est eorũ conatus aduersus potentiaꝫ eius ⁊ sapientiã: qui in quolibet tumultu potest illabi cordi meo: ⁊ secreta sua mihi silenter infundere: ita vt cunctas eorũ inusitationes ꝓ nihili ducã: penitusq̃ non aduertam.

O mi cordialissime et pulcerrime dilecte: sic queso assume me ad te: quotienscunq̃ videris affectus meos p̃mi aliqua viciorũ mole. aut teneri inutili occupatõne: ne lõgius a te post greges malarũ cogitationuꝫ vagari incipiã. ac ꝯcito priuari gr̃a tua sine qua nõ potero durare in tua exquisita amicitia. Tu es em̃ dñs meus ⁊ deus meus qui verbo tuo oĩa sanas ⁊ sanctificas: qui posuisti animaꝫ meam ad vitam. ⁊ non dedisti cõmoueri pedes meos: sed de tẽpore iniquo ⁊ de laqueis mortis extraxisti me. O quanti derelicti sũt et perierunt: qui innocentiores me fuerunt. Benedic igitur anima mea dño: et omnia q̃ intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea dño: ⁊ noli obliuisci omnes retributiones eius. Parum est vtiq̃ ⁊ modicum nimis. quicquid dixeris aut cogitaueris. vl̃ ꝓmiseris in laude eius. Maior est em̃ omni laude: ⁊ suauior omni melodia. Propterea adheret tibi anima mea. ⁊ super omnia data te diligit: q̃uis pulcrum sit ⁊ dulce quod mihi ex charitate miseris. Tu nanq̃ solus es sponsus: cetera donaria sunt ⁊ iudicia amoris. Non diligam ea ꝓ te. nec credam sine te omnia mihi posse sufficere: ne forte cum illis amittã ⁊ te. Uti ꝓpter te multis sinis: sed ꝓ te frui nec aliquibus rebus vis. Ideo dilecte mi sponse iesu xp̃e oĩbus te p̃posui: et pre omnibus amare curaui. Da ergo mihi feliciter te frui: ⁊ fruibili vnione vna tecũ ꝑpetuo beatificari. Sed quo ꝑueni? Lõgius forsitan te ꝓtraxi q̃ volebas. Sꝫ indulge amice. Sustulit em̃ me paululũ amor summi ac vnici amici: ⁊ vtinam de cetero magis sustollat: ac te pariter leuet in altũ. Prouideat nobis celestem ascensum: nos aũt teneamꝰ humilem descensum. Si relinquar interduꝫ a dilecto queris? Dico etiaꝫ. Quid facis inter hec? Sustineo me quãto equanimiꝰ possuꝫ: ⁊ expecto donec veniat. Natura grauor sed spiritu interius me sustento: ne sit inconsolabilis dolor. Memor sum: quia sine dolore non viuit̃ in amore. Ex fide viuo. scripturis sanctis credo: verbis consolatorijs assentio: ⁊ licet adhuc male habeã. melius tamen posse fieri non diffido: nec diffidere debeo. Vera sunt enĩ ⁊ firma: que narrant̃ eloquia Ipsi nãq̃ in multis sunt exercitati: ⁊ in similibus ꝓbati. Natura semꝑ optat alleuiari ⁊ in aliquo consolari querit: sed spiritus tamẽ ꝓmptus est ad ꝓferendum omnia: quecunq̃ deus pati me voluerit. Si itaq̃ indeuotior ⁊ pigrior ad bona faciẽda fuero: ꝓpterea nõ erit sine remedio plaga mea. Etiam si occiderit me ait iustus: in ipso sperabo. Si virtutes diligo: patientia magna virtus est: seruetur ergo ⁊ modo. Difficultas nanq̃ operis: sepe auget claritatem virtutis. Ut autem probetur. magisq̃ clarificetur virtus: per contrarios solet experiri successus. Luꝫ igitur tale probamẽtum aduenerit: ne diffidas nec concidas: sed conserua patientiam

ꝛ dei ꝓmẽda iusticiã. Nõ est deꝰ tã seuerus ꝛ
imisericors: vt diu inconsolatũ te patiat̃ ma
nere. Tãtũ caueas ne immoderate doleas ꝛ
velis aduersus iustũ et sanctũ remũerare qꝫ
relinqueris: ne ꝛ malignus spũs acerbiores
tibi tentationes de fide ꝛ blasphemia immit
tat: ꝛ ex his nimium pauidus plus crucieris
q̃ oporteat. Idcirco sustine te modicũ ꝛ do
lorem cõprime: etiã quãtalibet tibi grauedo
cordis ingeratur aut corporis. Permane fir
mus in bono ꝓposito: quod instituisti fua
re ab initio. Iuuat eũ in tali maxime articu
lo: omnẽ spem in dilectum ꝓijcere. Expecta
patienter cõsolationem celestem: senties cito
vberem gratiã: ꝛ dei respectum. Ecce habes
fidelem testẽ dicentem. Expectans expecta
ui dñm: ꝛ intendit mihi. Vt aũt in ꝓximo il
lam merearis cõsequi: interim sepius ora: et
ꝓ te orari supplica: sicq̃ te totaliter eius com
mitte voluntati ꝛ ordinationi: vt faciat tecũ
sicut placitum magis fuerit sibi. Dicasq̃ illi
cum bona cõfidentia. In manibus tuis opa
mea: tu scis qualiter mecuꝫ sit. tu cognoscis
quid patior: ꝛ nunc si vis citius consolabor.
Fiat tñ semp̃ qõd tibi rectum ꝛ bonũ videtur
in oculis tuis: ꝛ miserere mei desolati ꝛ meri
dici paupis, ad te humiliter gemẽtis. Si igi
tur in patientia ꝛ longanimitate ꝓseueraue
ris: nec ꝓpter modicã tribulationẽ a fide et
castitate que est in xp̃o iesu declinaueris: ꝓ
fecto reuertet̃ ad te splendor gratie eius: ꝛ il
luminabit te copiosius. Eritq̃ multo carior
dilectus reuertens: q̃ si nunq̃ absens fuisset
Nõ em̃ est irreuocabile verbum: nec si offen
sus est: vt iam vltra nequeat recõsiliari. Pla
cabit̃ citius ꝛ facillime, dũmodo tu operam
dederis: ꝛ cauere melius ꝛ satisfacere matu
rius spopõderis. Si his salutaribus moni
tis acquiescis: erit tecum dilectus sicuti ꝑmꝰ
ꝛ ex illius ꝓsentia iocundaberis ꝛ dices. Q̃
magna multitudo dulcedinis tue dñe: q̃ ab
scondisti timẽtibus te. Perfeciſti eis qui spe
rant in te: sub vmbra alarum tuarum ꝓteges
eos. O syon renouaberis: ꝛ videbis inclitũ
tuũ qui regnaturus est in te. Ipse est rex vir
tutũ ꝛ dilectus tuus: cuius posteriora in pal
lore auri: sed caput eius aurũ optimum. Hec
ꝓ tua cõsolatione ꝓpaucis sint dicta. Reli
qua vo de dilecti mutatiõe ꝓmissa, qualiter
nunc videlicet apparet. nũcq̃ discurrit: seq̃n
ti narratõe ab ore eius suscipies ꝛ audies.

De responsione dilecti que sit rõ recessus
sui.

Cap. XVII.

Irabilia opa tua: ꝛ aĩa mea cogno
scet nimis. Quid est dilecte mi qꝫ sic̃
feciſti mihi? Vt quid me dereliquiſti? Rñde
mihi. Reliquiſti me ꝛ abiſti. Sed ꝛ denuo re
pedasti. Et in hoc bñ feciſti Si nõ cito veniſ
ses: pene defeciſſez. Sed misertus es mei: cõ
scius secretorũ meorũ. Etenim tristis eram
ex recessu tuo: et nunc ꝓ reuersione tua sum
cõsolata. Dic tñ aliquid ad doctrinã meam:
quid boni in hoc ptẽdisti? Quid te iuuat sic
discurrere, ꝛ me affligere? In te audire dele
ctat: mane nobiscum dñe, qm̃ aduesperascit?
Veni ꝛ sede in medio nr̃m: qꝫ ecce ego ꝛ ali
quidã discipulus te audire cupimus: ꝛ obse
cramus vt doceas nos. Dic fidenter qõd pla
cuerit: ꝛ ad me si vis verba tua cõuerte. Mul
lum libentius q̃ te audio loquentẽ. Et si q̃s
alius loquit̃: ꝓpter te qui in eo loqueris ser
mo eiꝰ mihi gratus ꝛ audibilis efficit̃. Erũt
igitur eloquia tua dulciora mihi sup̃ mel et
fauum: vincunt em̃ omnẽ suauitatẽ verboꝝ
Sonet iam vox tua in auribus meis. Intoꝛ
nuit ergo vox dilecti mei: ꝛ dixit. Ego qui lo
quor iusticiã. Quis filis mei in cõsilio ꝛ pru
dẽtia? Quis fecit mare ꝛ aridam? Ego dñs
formans lucem: ꝛ creans tenebras. Quis in
trauit abissum: ꝛ de ꝓfundo eduxit aquas?
Ego dñs: scrutans corda ꝛ renes. Quis co
gnouit omnia nouissima ꝛ antiqua? Ego do
minus: qui feci oĩa in numero ꝛ põdere ꝛ mẽ
sura. Ego creator celi ꝛ terre: rector omnium
seculorũ. Ego secretorũ cognitor: ꝛ occulto
rum reuelator. Ego vniuersa cõplector ꝛ sin
gulorũ causas intueor. Ego deus ꝛ non mu
tor: apud quẽ omniũ mutabilium stant im
mutabiliter rationes. Ego deus oñipotẽs:
cuius potestas insuperabilis. Ego altissimꝰ
cuius altitudo inattingibilis. Ego bonitas
cuius entitas incapabilis. Ego ꝓsentissimꝰ
et secretissimus. Ego intimus: et a sensibus
remotissimus. Ego omnia sine onere portor
ꝛ cuncta sine distentatione rogo. Ego ꝓte
rita simul ꝛ futura eque intueor: vt ꝓsen
tia. Ego omnem corporalem pariter ꝛ spiri
tualem excedo creaturam. Ego varijs mo
dis nominabilis: nulla tamen cogitatione
vere formabilis. Ego subito compareo: et
mox dum nescitur lateo. Vere ego deus ab
sconditus: qui mille modis dispenso vices
meas cum amantibus. Et dixi etiaz hec ad
amantem animam. Abscondam faciem me
am ab ea modicum: ad monumentũ eã relin
quam, videam si caste diligat. Adultum est

caste diligere: q; hoc est nō ꝓpter seipsaz me diligere: nō ꝓpter aliqō tpale cōmoduz. vel spūale solatiū: ꝫ me solūmodo ꝓpter me: ꝛ se se finaliter ꝓpter me, ꝛ ob aliud nihil sperandum a me. Non est oīm sic me amare: sed est solius perfectissime aīe. hec p;rogatiua castiamoris. Que aūt adhuc impfecta est, necesse habet frequenter ꝓbari ꝛ exercitari: vt sciat quantū diligat: ꝛ si vsq; ad cōtemptū sui. Dixisti eñ in coꝛde tuo, pfecto diligo: et idipm frequēter repetis: q; diligo. Sed nō tñ verbis vel cogitationibus credo. Eteni te in veritate ꝓbabo. Cum pñs sum ꝛ blādio;: cū deuotionē tribuo aut datā augeo: cū tñ p;ospera aut ꝓ maioꝛe pte iocūda p̄fero: tūc deuote dicis, dilecte mi diligo te. Et bñ dicis. Sum eñ amabilis valde: ꝛ oīa q̄ de me dici aut cogitari pñt amabilia sunt: ꝛ dulcia atq; laudabilia in secula. Sed ꝛ in bñfactis solū me amare ꝛ laudare: quid grande est? Nam ꝛ pctōꝛes ħ faciūt. Equidē me sepe bñdicūt: cum acceperint qō male cupiūt. Sed nō est speciosa laus ī oꝛe pctōꝛis. Qui ergo ꝓpter bñficiū aut ꝓsolationē me diligit: q̄d ampli⁹ auaro facit? P;oficias ꝓficias: ꝛ ad pfectiora ascēde. P;igeat semp debilē ꝛ mollē esse: disce solidū edere cibum: nō lacte ꝓuuloꝛū diutius vesci. Transi ad numerū fortiū da/uid: tenentiū hastā ꝛ gladiū et clipeū. Tolle crucē: ꝛ sequere me. Festina inter illos cōputari: qui diuersa grauamina ꝛ multa exilij genera ꝓ me sciunt poꝛtare. Nimis inclinaris ad ꝓsolationē. P;obare ergo te volo ꝛ inclinare ad aliud latus: vt expiaris q̄d pati possis: ne tibi innocēs ꝛ sancta videaris. Abit/tam sup te tribulationē, ꝛ iram ꝛ indignationem missionēq; ꝓ angelos malos. Alij que tua sunt tollent: alij quib⁹ indiges negabāt. Alij tibi detrabēt: alij in facie resistent. Alij graue iugū imponēs: alij q̄ tu nō vis ducēt. Alij exterius ꝛ alij interius te affligent. Alij assumenē ad statum ꝛ honoꝛes: tu relinq̄ris ad ꝓtumelias ꝛ laboꝛes. In oībus his ꝛ maioꝛibus: ꝓbaberis vt athleta fortis. Recedā nec dimittā quin diligenter te examinē: si in facie mihi bñdixeris. Q; si in toto coꝛde me dilexeris, ꝛ in oī tpe nomen meū bñdixeris: dignū est vt amodo spōsa voceris: ꝛ secretū apud me cubiculū obtineas. Q; si necdū virgam meā poꝛtare sufficis: sed hāc disciplinā minus amabilē censueris, lugēs multis diebus absentiā meā quā affectāter ꝛ sedula petis, mittā tibi baculū meū vt surgas: ꝛ post ħ veniā, ꝛ suscitaberis ad p;istinā gratiā. Nolo eñ vt oīno deficias: q; ego amantē me diligo. Et si nondū pfecte diligis: nō tñ paruulam ꝓtēno: ꝫ vt crescas curabo. Cura mihi ē de te vt bñ habeas: nolo ḡ vt de me hereas. Scio quidē quantū pati valeas: ꝛ ideo tempero vices meas: nec sup id q̄ possis sustinere tenteris, ꝛ deficias. Q; si morā fecero: expecta me vsq; in diē visitatōis. Veniens veniā: ꝛ ꝓmissioni mee satisfaciā. Tu aūt oſoni incūbe: sacre lectioni intēde: ꝛ in oībus patientiā ꝛ longanimitatē tene. Nec eñ ignoro q; interim in meroꝛe exist̄is: ꝫ tam subito infirmari ꝛ ab oī spe quasi nō essem reditur⁹ deficere: nō placet vtiq; mihi. Ubi est fides tua? Magna fide opus est tibi in hac parte maxime: q; ꝛ si me nō vides: videris tñ a me cui te ꝛ oīa tua credere deberes. Licet nāq; iudicia mea ignoꝛes: dicit tñ firma fides: bonū est quicq̄d disponit et opaī de⁹. Cōsoloꝛ igit̄ te: q; infirmitas ħ nō erit ad moꝛtez: ꝫ ꝓ gloria dei. Abstuli a te desideriū tuū: ꝛ volui tentare fidē ꝛ dilectionē tuā. Feci eñ ħ oīa: vt tuam infirmitatē aptius scires: ꝛ meā bonitatē magis intelligeres: Nō te bñ nosti: sicut ꝛ ego noui. Ego teꝛ oīa tua noui: nō modo ex tpe ꝫ ab eterno. Agnosce ergo quid ex me tibi veniat: vide q̄ paup ex tuo sis: si q̄ a me relinqueris. Nondū in vera tui cognitione plene pfecisti. Et q; expedit plurimū ħ te scire: volui vt expimēto discereꝛs. Bonū ē tibi q; aliqñ desolaris, q; tribularis q; hūiliaris: vtsic ꝓpā manifesti⁹ palpes infirmitatē. Ego noui hanc magis venire ad pfectum tuum. Si ex hac p;udentioꝛ ꝛ solicitioꝛ fueris ad singula: quid pdidisti? Arrogans es plerūq; ꝛ insci a tui: putans te habere bonū quod nō habes. Deciperis amoꝛe ꝓpio: et dum non cogitas datoꝛem: abuteris dato. Ego inebriaui te: sed oblita es quia de vite mea botrus erat. Experire modo te ipsam: agnosce quid viriū habes. Si ex te est quod habuisti: cur nō tenuisti? Si nec illud tenere potuisti: cognosce quia desup accepisti. Da ergo honoꝛē gratie: ꝛ confitere quia sine me nihil potes facere. Considera q̄ necessarius sum tibi: q̄ sufficiens ꝛ solus potens in omni bono te cōfirmare. Ubi eras p;uul q̄ te vocarem: nisi in peccatis tuis? Et nunc vbi es, nisi quo pduxi te. Sed ꝛ quādo tibi bñ erat sine me? Et dixi. Nunq; dulcissime dñe. Tu solus vnicus ꝛ singularis dilectus meus: in omnibus ꝛ ꝓ omnibus fidelissimus. Quare

igitur cogitasti apud te nō recte: vt ires post amatores alienos? Quid tibi displicuit in me? Munqd glia mea aut pulchritudo mea? Vere dñe, non est similis tibi in pulchritudine & in gloria: in diuitijs & potētia: neq talis in celo neq in terra. Tu es enim solus altissimus super omnē creaturam. Tui sunt celi et tua est terra: orbem terre et plenitudinē eius tu fundasti. Abultum est quod creaturis donasti: ex quibus magna pulchritudo sapientia et bonitas tua relucet: sed nichil in cōparatione beate & gloriose presentie tue. Expiētia nūc didici: quia amarū mihi est vt ad horam te reliquisse. Ad me ergo reuertere dicit dilectus tuus. Satis est q̄ hucusq̄ circū cursitasti. Disce stabilis esse & mitis: sperans & fidēs in me non tm̄ in die visitationis: ꝑ abundantius in nocte tentationis. Ego dimisi te vt fatigata citius ad me redires: et frustrato exteriori solatio, demū intelligeres, quid tibi contulit dilectio mea: que totiēs te inuitauit Auerte itaq̄ nūc, q̄ rōne nō caret, q̄nōnūq̄ relinq̄ris: q̄ sine affectu manes q̄ tedio afficeris q̄ tētatoib⁹ fatigaris: q̄ hinc & inde affligeris, q̄ cōsilium nō inuenis, nec auxilium sentis: ꝑ angustiam vndiq̄ & egestatē pateris. Jdeo relinquo te vt cognoscas meam presentiā tibi fore necessariā: non modo in vna re, aut in maxima tm̄ causa: ꝑ in omni ꝓfecto actione in omni loco & tēpore: tā mane q̄ sero, & vbicunq̄ fueris, ieris vel steteris. Sic quidē instrueris sollicite cuz dilecto tuo ambulare: et a vanis abstinere, offensasq̄ cauere. Relinq̄te vt sciam quantū diligas me: hoc est appareat tibi modus dilectiōis tue. Fortiorem te et beatiorē putabas q̄ eras: ꝑ euidentius patuit, auxilio meo tibi paululuz subtracto: q̄ egens fuisti & misera. Quomodo cognosceē dilectio tua: nisi cū māsuete portaueris gravamina? Interdū te video tepescentē: sed vt susciteris ad feruorē & querēdi diligentiā: abscōdo me ad horā, tanq̄ dilectus stans post parietē. Videō & scio omnia: sed exercitationis vtilis ad multa, maiorem dat sepe intelligentiam. Etiā si me diligis: vtiq̄ querere nō tardabis. Si placeo: indagare curabis. An ignoras quia laboriose acq̄site diuicie, tenent magis studiose? Cui eque optata requies sicut fatigato? Cui tam iocūdus amor: nisi in quo precessit amati dolor? Et reinuentus thezaurus: nonne bis charior est q̄ prius? Duplex gaudiū et geminata redit leticia: de intermissa dilecti presentia. Utiliter igit me subtraho: quia non dedignando hoc ago: sed pia quadam dispensatione sic cum amantibus ludo Sufficiat pro p̄senti: quia tantillū audire me ruisti. Do aūt licentiā totiens reuertendi ad me: q̄tiens tibi senseris opus esse. Ego nūq̄ viscera mea clausi. humiliter et seriose deprecanti.

De fiducia diuina mirabilis. Ca. XVIII.

Deus meus misericordia mea et ideo non sum cōfusus. Non videar cui q̄ absurdū. si cupiā cum dño deo meo frequēter celebrare colloquiū: cuius benignitas me pigrum sepe trahit & accendit ad orandum & meditādū: ita vt eius non respondere vocibus durum mihi sonet et ingratū. Sed dicit forsitan aliquis contra me. Ergo nec tu times deū: cum sis reuera peccator immundus, & vita ipsa indignus? Unde tibi hec presumptio cordis? Et cum sis dim minimus et despector vniuersis: quid adhuc te diuinis ingeris colloquijs? Quē te ipsum facis? Dilecte mi dñe, pro me respondē: quia os pctōris aptum est super me. Si me iustificare voluero: os meum condēnabit me. Et si mundus fuero: hoc ipsum ignorauit aīa mea. Tu scis insipientiā & confusionē meam. Tu loquere: ego libenter silebo Et vox dilecti mei. Ne attendas ad verba exprobrantiū tibi: sed ausculta potius quod dixi. Non enī veni vocare iustos: sed peccatores. An nō licet mihi facere quod volo? Uolūtati mee quis resistet? Si tibi q̄uis nouissimo bene facere voluero in modico: quis arguet me de peccato? Qui sine peccato est: primus in te lapidem mittat Si aūt et ipsi peccatores sunt. cur gratie detrahūt? Non tu me elegisti: sed misericordia mea te preuenit. An adhuc aliqs audet murmurare cōtra te, quia accesisti ad me? Certe nō est murmur eius cōtra te, sed aperte ꝓtra me: quia peccatores recipio. et manduco cū illis. Et quare non vendicares tibi familiaritatem meam: q̄ potius gaudeo exhibere q̄ retrahere? Cui ego. Dilecte dñe, non iputet eis: ꝑ mihi et pctis meis. Non nego quicqd de me egre sentit: fateor et hoc indubie: quia multo plus est q̄ scitur. Dicit ille. Bonū tibi quia humiliasti te. sic enī semp magis lucraris: & gratiam meam facilius ipetrabis. Propterea tm̄ nō est abiciend⁹ quia peccator es & defectuosus: q̄q̄ temetipsuz ob id despicere debeas merito: nec vmq̄ obliuisci in quātis deliquisti. Sed ne anxietate intereas, pensa q̄ sepe de pctōribus iustos facio et amicos:

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA Poznań

humiles eligens. et de se presumentes relin/quens. Non opus habeo vt dones mihi aliquid de tuo: sed tm̃ hoc peto: dilige me corde puro. ꝛ sufficit. Cui rursus. Prochpudor mihi quia non est quicq̃ in me: vñ possit amor tuus erga me incitari Dicit iterũ. Nihil hor attendo que mundus ad placendũ offert: nil talium requiro: amor pse satis est: tãtũ ferueat mecũ q̃ pseueret Ceruntiũ cuius sunt que hominẽ adornare possunt: Nonne mea sunt omnia. ꝛ que in corpore ꝛ que in ania fulgẽt: Que aũt mũdi sunt ꝛ que corpus honestãt: parũ te implicare debent. Quexo ad decorẽ virtutis pertinent. tua interest ꝛ oportet ista curare: vt placeas coram deo in lumine viuẽtium. Juste tũ te humiliasti. et accusasti tam foris quã intus coram vultu mee maiestatis. confitendo veraciter infirma ꝛ dedecora tua atq̃ pfundius ingemiscendo. quia nequaq̃ dignus es familiaritatis mee vendicare graciam vel ad horam: cum sim speculũ sine macula: ꝛ tu peccator et immũdus ab infantia. Memor ergo esto fragilis cõditionis tue. et generose celsitudinis mee: sicq̃ cũ humili reuerentia ad me accede confidenter. Ego enim qui deleo iniquitates ꝛ peccata: qui iustifico impiũ: dimittens ei omnia delicta propt nomen meũ. Non solum hec confero: sed adhuc maiora dona misericordie paratus sum prestare. Mã ꝛ misereri potius eligo q̃ irasci malens parcere q̃ punire. Sed hoc parum visum est mihi: neq̃ sic contẽtus sim. vt post primã gratiam nõ adiciã secundã vel terciã: imo finẽ non impono miserationũ mearum: sed neq̃ gratiarũ ꝛ beneficiorũ meorũ dicibilis est numerus. Deniq̃ post peccatorũ veniam post penitentiã ꝛ satisfactionẽ completã: reddo plerũq̃ salutaris vultus mei letitiã. ifundendo abundantiorẽ spiritussancti gratiã: ꝛ licet adhuc in carne peccator morek. in meuz tm̃ illum recipio familiaritatẽ: ita vt de perpetratis malis nulla sit erubescenda iam confusio: sed magis gratiarũ actior vox laudis: qr transierunt vetera. ꝛ noua facta sunt omnia Tam pius ꝛ misericors sum: vt sep paratior sim ad indulgendũ. q̃ tu ad penitendũ: pmptior ad dandũ: q̃ tu ad rogandum. Quid igitur times: quid trepidas ad sinũ accedere tante pietatis: Et cur te alienaris a gratia mea sponte oblata: Etiam si scires q̃ ppositum essem negare: non tamẽ a precando deberes desistere. neq̃ cõfidentiã exauditionis amittere: sed insuper vehementius donec accipe-

res instare. Infinite sunt enim miserationes mee: ꝛ quod vno tempore negak: alio tẽpore poterit pie concedi. Quid scis si quãdo cõuertam ad te faciẽ meam: et donẽ tibi desiderium cordis tui: Et quid dicit ꝓpheta de me Accedite inquit ad eum ꝛ illuminamini: ꝛ facies vestre non confundent. Ego magis accusa accessus tui raritatẽ. q̃ accessum frequẽtem: et plus timidã verecundiã: q̃ promptã venie presumptionez. De mea bonitate confidere: recte humilitatis ꝛ magne fidei est indiciũ. Hec dico: vt non pecces. Q̃ si peccaueris: non desperes. ſ cito resurgas. Habes enim adhuc spem: ꝛ aduocatũ aput patrem An expectare vis vt dignus fias priusq̃ accedas: Et ex te quando hoc poteris: Si solum boni ꝛ digni. magni et perfecti viri mihi appropinquare debent: peccatores ꝛ publicani quem adibunt: Quid ergo euangeliũ dicit: Et erant inquit appropiquãtes ad iesum publicani ꝛ pctores: vt audirent illum. Accedant ergo indigni: vt fiant digni. Accedant mali: vt efficiank boni. Accedant parui ꝛ imperfecti: vt fiant magni ꝛ perfecti. Accedant oñs accedant singuli: vt accipiant de plenitudine fontis viui. Ego sũ fons vite: q̃ nõ pt exhauriri. Qui sitit: veniat ad me et bibat. Et qui nihil habet: veniat vt gratis emat. Qui morbidus est: veniat vt sanek. Qui tepidus est: veniat vt accendak. Qui timidus est: veniat vt confortek. Qui tristis est: veniat vt consolek. Qui aridus est: veniat vt adipe et pinguedine spiritus repleatur. Qui tedio afficitur: veniat vt gaudio recreetur. En delicie mee esse cum filijs hominũ. Qui ꝛcupiscit sapientiã: veniat ad doctrinaz meam. Qui querit diuitias: veniat vt accipiat eternas et incorruptibiles. Qui honores ambit veniat vt nomen eternum in celo hereditet. Qui felicitatẽ desiderat: veniat vt eam sine timore et periculo possideat. Qui omnium bonorum abundantiam concupiscit: veniat ad me vt summũ eternum ac immensum bonum percipiat. Ego sum qui omnia tẽpora/lia bona presto: et sup temporalia eterna bona in celestibus tribuo Nec promissioni mee deero. cum adimpleta fuerit mãdatorũ meorum salutaris obseruantia Coronabitur aũt glorioſe in celo: qui legittime certauerit in h mundo.

De desiderio diuine fruitiõis. Ca. XIX.

Meditatio cordis mei in cõspectu tuo semper. Quid anime fideli suauius.

quid iocundius esse potest. quam deuote de domino deo dilecto suo meditari: vt quē clara ac beatifica visione intueri nec dum valet: saltem per studiosam recordationē quasi presentem sibi faciat. Contemplet igitur eum p speculum in enigmate: q̄ facie ad faciem nō potest videre. Scrutetur nihilominus per scripturas ꝛ figuras: quem in suo fulgore cōtemplari non sufficit. O si studium querendi faciem domini nunq̄ frigescat: sed de die in diem magis feruescat. Inest aūt anime deū amanti incessabilis estus ad eius visionē p/ fruendam. quia visio dei beatitudo summa est. et felicitas perfecta. Appetit ergo hanc beatitudinē: quatenus totus eius appetitus suo cōiunctus fini satietur ꝛ quietet: qm̄ nullo presenti bono poterit vmq̄ contētari. Mā et creb̄a experiētia didicit. quanto longius a celesti beatitudine errauerit: tāto infelitior est et inquietior: cuj nihil in creaturis stabile appareat aut durabile: quo eius affectus possit mitigari. Redeat ergo ad euj a quo facta est: ꝛ ab illo requirat beatitudinem vñ sūpsit originem. Quoniā quidem qui creauit animam: ipse est qui satiat in bonis desiderium eius. Mā talem affectum ei indidit: vt eo dēpto nullum sit bonum quo contētetur: nullū gaudium quo secure fruatur. Moli ergo hic stare anima mea. quia non est iste locus requietionis tue: sed perge sursuz: ascende ad eum qui te fecit. Jam enim et ille nuncios misit: ꝛ ad ascendendum te inuitat. Quot desideria eterne vite inspirat: tot nuncios tibi trāsmittit. Quibus susceptis: para te ad ambulandum. Ambulas si euj videre desideras. si ei placere contendis: si inferioribus abrenuncias: si eius amore agis. quicq̄d agendum vel dimittēdum fuerit. Non enim tu eum prius querere posses. nisi ꝛ ipse te prius quesisset: ꝛ sancta in te desideria suscitasset. Siquidem languet illa omnia non amore sed tedio pernitioso: que eterni solis non fuerit irradiata calore Sed si austro suauiter flante a frigore fuerit resoluta ꝛ merore: tunc mox estuare incipit pre desiderio inspirāti luminis. ad in cōprehense archanuz diuinitatis. O veri solis ardor immensus: quot tunc in amante partus sas actiones in nihilum mutas. Longos annos diesq̄ paupertatis: vno simplici illapsu abunde consolaris. O tristium medicina: o errantium et querentiū fulgida lucerna. Tu iugiter mihi mica: tu mansionem in me para donec illucescat lux perpetua. O q̄ dulcis ꝛ iocunda erit tua presentia: quando ex sola tui memoria tanta prodeunt solacia. Qui libenter me possū ad te conuertere: q̄ libere omnibus renunciare: vt tua gratia merear consolari. Non enim difficile erit anime cupienti tuam faciem cernere. a presentiū se oblectatione nudare: cum iam maiorem interius sentiat: aut in proximo sibi largiendam fiducialiter abs te expectet. Preterea nullus insipienter cogitans putet. q̄ tu animam tibi deuotam diu incōsolatam relinques: vl̄ q̄ parua recipiet carissimata gratie. pro vniuersis victorijs nature: quia nec in qualitate nec in suauitatis quātitate poterit vni q̄ tue celesti cōsolationi comparari. qualiscunq̄ terrena delectatio etiam vndecunq̄ concepta. Studeas ergo fidelis ania talem te exhibere xp̄o celesti sponso. vt eius gratia et consolatione digna semp existas: quia per ipsum et in ipo copiosissime reperies: q̄te in q̄uis anxietate positam consoletur. Quanto frequētius ad ipsum accesseris eiusq̄ lateri vicinius et tuū aplicueris: tanto tibi dulcior aparebit et iocundior. Q̄ si te subtraxeris: tu sola detrimētum pacieris: ille autem in sua permanens pulchritudinem. nil molestum sentiet nec triste. Tu bonitate eges illius: ille nullius. Jō tu beatior ex ipso fieri potes: ille ex tuo profecto non potest. Solus est qui sibi sufficit: solus cui nihil addi minui ve potest. Eius gratia sunt qnecunq̄ sunt: quecunq̄ viuunt sentiunt et intelligunt. Merito ergo omnia que creata sunt: ipsum laudando benedicūt O si sufficienter eum enarrare tibi et explicare possem: q̄ libenter id agerem. Sed quid ineffabile est: sicut ꝛ effari prohibetur. Similiter q̄ in excogitabile fertur: nulla cogitatione vel voce vere formatur. Et cum ita sit cogita tamen interim humano more de creatore tuo: habendo memoriam abundantie suauitatis eius pro solatio: donec presentiā vultus sui tibi ostendat in regno.

De gemitu anime ex dilatione glorie. Capitulum. XX

Go dixi in excessu mentis mee: proiectus sum a facie oculorum tuorum e

Percussum est cor meū intra me: ex dilatione glorie tue. Loquar ergo: et confabulabor cum amaritudine anime mee. Vis amoris tui dicere me compellit: nec patitur tibi aliquid abscondi. Quid igitur referam:

Ecce deus meꝰ in pace amaritudo mea amarissima. Qui nō intelligit: nescit quid hec volunt. Non ego sic. sed scio ꝛ sentio: et ideo cātare cum prophetа non erubesco. Tibi domino deo meo loquor cui omnia sunt nota: qui et scire dedisti et sentire pro bona vnluntate tua: ne forte plus glozier: aut aliquid ab insipiente existimer. Quod ergo a te accepi: dicere possuz tibi. Et quid opus est tibi hoc dicere: cum omnia scias. nec vllum ex his solacium expectes? Et quale solacium tibi veniret: qui es consolacio desolatorum? Ergo mihi totum prodesse potest. qui verborum adhuc solatio indigeo: vt ꝑmonibꝰ bonis ꝛ dulcibus excitem affectum meum in te: ꝛ faciam refrigerium aliquod desolate anīe mee. Etenim cum non possim te videre presentem. lugebo absentem: quia et hoc amoris est indicium: ꝛ dulce satis amanti. Jam sensus huius versiculi aparere incipit: quia de anima amante recte scribitur. Quanto enim ardentius amat. quantoq; vehemētius eterna desiderat: tanto veratius virtutem huius versiculi in se viuere sentit. Nō sunt frigida verba nisi nō amanti: nec surda organa nisi cor obturanti. Scit amans et flagrans anima: ꝛ totiens intrà se concalescit cor eius: quotiēs ex amore eterne pacis cōpungitur. Jpsa ergo dicit tibi domino deo suo: non omnibus quibus ignota esse cupit. Et si hominibꝰ aliquando loquitur. hoc tamen foris est quod illi audiunt: tibi quicquid dicit. intus dicit: ꝛ amando magis q̄ sonando. Ecce ait: in pace amaritudo mea amarissima. Ac si cōfitetur. Postq̄ ad pacem mentis te largiente redij: magis mihi grauis esse incipit fallax status mundi. Video enim in hac pace: quantum disiungor a summa pace. Et quidez prius occupata desideriis terrenis et varijs comota passionibus. plurimuz impediebar ab interioribus meis. ꝛ per consequens a contēplatione celestium: pro quibus anxie gemere debui. ꝙ minime potui: quia sensum interni doloris per incuriam perdidi. Jam vero sublatis inanium cogitationem tumultibus in pace mentis aliquantulum resideo: ꝛ toto cordis desiderio trahor ad superna: et amplius pāgo qz bonis celestibus nō fruor: q̄ prius plangebam cum mundi malis cruciarer. Est ergo amaritudo anime mee in hoc mundo degere. sub peccati sarcina incedere: sed hec mihi amarissima fit: cum pro posse meo recollectis in vnum affectibus. bona iam cordis pace potior: atq; totis medullis īamplexus eterne pacis cōmoueor: ꝛ tamen propter mortalitatis mee vinculum apprehendere impedior. Jdeoq; cuz gemitu ad te clamare cōpellor: et dico. Jnfelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Nō sentio grauius onus: q̄ diutius peregrinari a te in seculo: quia in amore laborans. nullam prēter te consolationem requiro. Euidētissima namq; ꝓbatione didici. non posse animā meam bonis saciari presentibus: nec veram adipisci beatitudinem. nisi tibi coniuncta. celestem acceperit mansionem. Licet eni excessiue amet flagret. ꝛ contēpletur sita in corpore insatiabilis tamen perseuerat eius affectus: nisi deposito corpore. Jdcirco in adeptionem summi boni. et in lumine vultus tui finis eius consummatus. O rex celi summe amabilis: o dilecte mi pulcherrime totus desiderabilis. Quando adimplebis me letitia cum vultu tuo: quando satiabis omne desiderium meuz fonte perhenni? Sitiuit in te aīa mea: ꝛ multipliciter affligit̄ te nō adepto q̄diu in terris viuo ꝛ tenondum video: triste est mihi omne quod cerno. Jn tantum calescit cor meuz. vt non modo semel. sed sedule in excessu meo dicam: quando veniam et aparebo ante faciem dei mei? Ecrescit adhuc amor et desiderium amplius ignescit: ita vt flere die noctuq; nō essem duz cogito p singulos dies: vbi est deus meus? Amanti namq; dulce est pro te flere. dum quod desiderat nō potest habere: sed oportet vtiq; expectare et carere. Ex his fletibus magis pascitur et cōfortatur amans anima: q̄ si haberet omnia terrena. Nam si illa diligeret: pro te nullatenus fleret. O q̄ beata et tibi placita fusio talium lacrimarum. Siquidem secularīū gaudiorum ac temporalium cupiditatuz peremptrices sunt: ꝛ celestium consolationum deuote impetratrices. Propterea specialium deuotorum et solūmodo amantium est iste profluuius taz sanctarum lacrimarum. Alia est ratio lacrimarum his. qui misera necessitate constringuntur. Ille quia morbidus est. ille quia oppressus est: alius quia iniurīā patitur alius quia sue voluntati cōtrahitur. nōnūq̄ lacrimatur. Sola tu aīa deuota diuini amoris lachrymas fundis: pro damnis aut temporalibus et causis transitorijs vero dei iudicio te submittis et gratias agis. Nemo tā

indeuotus velut insipientē te iudicet aut impatientem, audiens te flentem: quia lacrime iste non grauant sed recreant: non maculant sed lauāt: nec oculis officiūt: que oculos cordis puriores reddere consueuerunt. Sentiant alij de te quid volunt: non possum ego aliud nisi bene de te sentire: nam et consimili opto fletu potari. Si inquit mecum optas lachrimari: poteris et consolari. Vtinā esset anima tua pro anima mea: nunc̄ ignorares quod sentio. Ego scio cui credidi: et certus sum quia facilius est negare celum et terram non esse: q̄ deum non esse. Et scio quidē ipm esse bonum anime mee: et nunc̄ me beatam fieri posse, sine eius perfecta contemplatiōe. Cuius contemplatio quia nec dum mihi collata est, nec̄ perpetue firmata: nimirum plāgo q̄ tanta priuor felicitate, q̄ huius vite tenebris inuoluor: q̄ propria sic grauor infirmitate, vt lucem illam non valeam sufferre: et q̄ tam exigui sit momenti et tectū nebula: quic quid meditor de celesti gloria. Quapropter planctum sepe gemino pro cantu: et dum dicitur mihi per singulos dies vbi est deus tuus: magis compūgitur spiritus meus. Pensa eñ suspense. Vbi est bonum meum: et perfectum cordis mei gaudium? Vbi pax et requies vera? Vbi hec omnia ineffabilia bona nisi in deo meo? Et quando his perfungar: nisi et sine medio fuero cōiuncta? Et quādo ibi ero? Credo spero: sed non possideo. Vbi est ergo deus meus quem sic amo et nōdum video: cuius amor me totiens vulnerat, absentia contristat, sed et visitatio nōnunc̄ recreat? Vbi est deus meus: quem semel vidisse est omnia didicisse? Vbi est deus meus: in quem cor meum et caro mea exultare iugiter concupiscit? Vbi est deus meus pro quo tot labores sustineo et dolores: cuius memoria dulcis, sed presentia carior, omnem de corde mesticiam repellit. Vbi est spes mea: et tota gloriatio mea? Nonne in te deus meus, salutare vultus mei? Ostende mihi gloriam tuā et ne auertas faciem tuam a me: et cessabo cōqueri. Si litigo parum tecum, non mihi improperes: amor enim vehemens habet multos modos mirabiles. Expectare cogor: et desiderare magis instigor: sicq̄ duellū amabile perseuerat.

De memoria celestis patrie. Cap. XXI

Domine dilexi decorem domus tue: et locum habitationis glorie tue. Q̄ libēter apud te essem bene nosti deus meus: et q̄ intime hoc desidero: non possum satis dicere. Non solum hoc peto cum mihi male est: sed etiam quātumlibet hic mihi bene sit, opto tamen vt magis tecum mihi esse liceat. Sz quomodo satisfiet desiderio meo? Hic esse me tedet et oportet: tecū esse libet et nondum licet. Non video nisi vt patiēter dilationem istam feram: et optionem meā tibi resignem. Quid enim? Audsitare volo cum sic oportet fieri? Absit. Et multi siq̄dem sancti diu se sustinuerunt in hoc seculo: quorum tamen corda erant in celo. Q̄ si meam protēdere volueris peregrinationem: parebo etiā quousq̄ tibi placuerit. Verumtamen vt cōplacitior sit in expectatiōe sua affectus essendi tecum: volo interim aliquid de mansione celesti meditari mecum. Nō tamen presumo vel minima illa penetrare gaudia, que preparasti diligentibus te, sed sparsim modicum quid meditabor: vnde affectus meus sepe terrenis pressus et infectus iterum excitetur: et in specie vite eterne subleuetur. O si dies illa illuxisset: quo celi gaudia me rapuissent. Q̄ letus tunc forem: et q̄ felicem me putarē q̄ vtiq̄ tūc instabili pace beatus essem. Nec opus foret inde aliquid inuestigare: quando nulla possent secreta latere. Sed in nocte vita mea versatur: et ideo non mirandum: si caligat oculos meos inter nebulas glorie. Attamen leuabo oculos meos, a longe prospectans, et scientiam illam ciuitatem hierusalem salutans: que construitur in celis viuis ex lapidibus, angelis videlicet et hominib⁹ sanctis: plena semper existens in laude et canore iubilo: deum sine fine laudando. Eya et aye nunc anima mea assumptis desideriorū pennis perge sursum: euola a corporeis sensibus: transmigra a visibilibus mundi figuris ad habitaculum dei sanctum: ad hierusalem nouam perpetua pace stabilitā, gloria et honore coronatam: et omnium bonorum aggregatione perfectam. Ecce mira et ineffabilia: que non licet homini loqui. Sensus non capit, intellectus nō attingit humanus q̄ gloriosus sit deus in sanctis suis: q̄ mirabilis in maiestate sua. Extende cogitatum tuum vsq̄ in altissima: dilata desiderium tuum in perpetuas eternitates: et dic cū propheta, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas sancta dei. Ibi quicquid desiderat habetur: et quicquid ha

betur secure possidetur. Ibi videtur deus facie ad faciem clare et sine enigmate: non raptim nec horarie: sed sine fine limpide. Ibi cognoscitur beata et gloriosa trinitas t inseparabilis vnitas: que ab omnibus celi ciuibus adoratur laudatur et benedicitur. Ibi ē illevnicus dilectus singularis precioso2 cūctis opibus thezaurus desiderabilis domin⁹ meus iesus christus ecclesie sponsus immortalis: in quo sunt omnes thezauri sapientie t scientie dei a seculo absconditi: sed ipsis beatis manifesti. O q̄ iocundi sunt omnes sancti ante faciem sancti sanctorum: qui est causa et origo salutis eorū. Ibi enim non in prouerbijs loquitur eis: sed palam de patre annunciat ipsis. Ipse liber eor verbum in principio apud deum: docens de omnibus et adimplens omnia: ita vt nihil desit eis in gloria O felix sempiterna gloria: que non est de bre ui memoria: sed in splendoribus sanctorum de dei p̄sentia. Ibi est et gloriosissima mater dei perpetua virgo maria: totam celestem curiam peromans specie et pulchritudine sua: quam circundant et comitantur virginales turme: tam q̄ flores rosarum et lilia conuallium. Ibi sunt angeli t archangeli in suis ordinibus positi: diuinis laudibus alacriter intenti: quorum alij supremi alij medij, alij inferiores secūdum tres gherachias, sunt distincti. Ibi sunt patriarche et pphete: qui de aduentu christi spiritusancto olim repleti preciuerunt: et nunc ipsum dominū ihesum christum, regem regū deum verum cognoscunt. ac incessabili laude benedicunt. Jam vident oculo ad oculum redemptorem suum quem diu expectabant: et corde aduenire desiderabant. Ibi sunt preclari et omni veneratione dignissimi precones christi apostoli et discipuli domini, sanctitate t gratia pleni: fundatores catholici fidei: sed nūc deuoti intercessores ineterna gloria p̄o his quos in fide genuerunt et instruxerunt. Ibi precipue fulget venerabilis baptista christi iohannes amic⁹ sponsi specialis. Ibi petrus clauiger celestis paulus doctor egregius andreas philipus thomas iacobus et iohānes, cū ceteris apostolis et euāgelistis ecclesiarum columpnis. Horum fidem tenere et exemplar imitari: ad vitam eternam est peruenire. Ibi sunt incliti martyres proprio sanguine purpurati et ineternum cum christo beati: quorum licet corpora crudelissime laniarentur: tamen anime non potuerunt per tormenta a christo separari. Ibi sunt lucidissimi confessores: qui vitam secularem contēnentes, celestes fieri meruerunt Ibi sunt magni glorioſiq̄ doctores per sancte vite meritum alicuius in dei contemplatione suspensi: equibus multi viuentem sanctitatis imaginem in suis scripturis relinquerunt. Ibi sunt iuuenes et virgines senes cuz iunioribus nomen domini assidue collaudantes: et quicquid boni ac virtutis vnq̄ gesserunt, diuine maiestati ascribētes: semper grati, semper deuoti, semper iocundi semper et accēsi: nec vnq̄ fastidio p̄essi, sed iugi contemplatione in deum erecti. O q̄ glorioſum est hoc regnum. in quo cum christo regnant omnes sancti: amicti stola prima securiq̄ de reliqua Ibi iam sequuntur agnū quocunq̄ ierit: quia nulla separatio ab ipso erit: sed ineternū gaudentes in domino gaudebunt. Hec contemplare anima mea: et super omnia visibilia tuam cogitationē suspō de. Vere locus iste sanctus est: et dominus est in eo. Hic semper pax et gaudium redundant: hic omnium bonorum affluentia: omniumq̄ malorū perpetua carentia. O si posses modicum quid ā de ineffabilibus sanctorum gaudijs rapere, vnde peregrinatio tua aliquantisper cōsolaretur: quia apud me nō inuenies nisi labores et dolores, impetus tētationem et luctus seculi. O si tibi dignetur aliquid inspirare supni luminis auctor: nec vacuam te remittat ad arescētes escas meas sed secundum diuicias supabundantis gratie sue. ab omnibus materialibus formis te purificet et euacuet: ac in abissum sue eterne claritatis vel raptim inducat. Etinam ex illo celesti sanctuario formam et exemplar vere sanctitatis quam imiteris reportes. Melioza sunt enim t verioza exemplaria celestiū et confirmatorum: q̄ que terrenis demōstrationibus probantur. Da mihi domine deus sapere et intelligere que sit sanctorum perfecta felicitas. non ex codicibus inde scriptis: sed per spiritum sanctum qui docet de celestibus secretis: supra id etiam q̄ possit humanus attingere sensus. Da et vitam meā multo feruētius ad spiritualiora eleuare: et inter crebra tribulationum pondera patientie palmam fortiter tenere: donec soluto carnis debito. ad banc quam desidero beatitudinem tua misericordia valeam peruenire.

Soliloquij anime

De accessu ad sanctum sanctorum iesum christum regem angelorum.

Capitulum. XXII

Tu es ipse rex meus et deus meus. Exurge anima mea: veni et ingredere in locum tabernaculi admirabilis usq; ad domum dei. Decet nāmq; vt ceteris omissis cum supplici reuerentia nūc procedas ad salutandum dominum nostrum iesum christum, saluatorem ac redēptorem tuum: qui ē caput omnis principatus et potestatis, gaudium et corona sctōrum omnium: firma spes ac certa expectatio cunctorum fideliū. Ipse est qui te fecit et redemit: ipse p te laborauit, certauit et vicit. Ipse est aduocatus tuus: et propitiatio pro peccatis tuis. Ipse est consolator tuus: prouisor tuus et gubernator tuus Ipse est vnicus et singularis dilectus tuus. qui pascit inter lilia: et inter vbera tua optat cōmorari. Quis vmq; tibi tanta bona fecit: Quis tanta charitate te dilexit: Ad hunc accede: huic te prebe. Aperi ei cor tuum: et enumera coram illo quecūq; diu celata portasti. Nemo tibi melius indicabit nec reuelabit qd spei vel consilij sit gerendum in rebus humanis: que tot variantur euentibus. Apud ipm vota et desideria tua: et in ipso consilia tua p maneant. Spes hominum frustra: ipse autē est stabilimentum pacis Per ipsum habem⁹ accessum ad patrem: et ab ipso omnis gratia tibi donatur: et virtus amplior infunditur. Siue tristeris siue gaudeas: ad ipsum habeas semper recursum. Ipse speculat vite: ipse norma iusticie. Ipse lux indeficiens anime: amor pudicitie, et gaudium conscientie. Propter ipsum faciliter oia delectabilia contemnes: propter ipsum omnia amara et contraria tollerabiliora erunt: et placebunt tollerata eius amore. Deniq; ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Ad ipsum principaliter omnis intentio, ois actio, sermo, lectio, oratio, meditatio, et speculatio respicere debent Per ipsum tibi salus datur: et preparatur vita eterna. Propter ipsum non timebis mori nec recusabis viuere, quia eius fidelitati debes te credere: nec ei⁹ honori vel amori qcq; preponere. Accede ergo nunc: et gratias age tuo redemptori. O dulcissime et super oia amantissime iesu, sis deuotissime salutatus: altissime laudatus: et nunc et eternaliter ab omni creatura benedictus. O dignissime iesu quod honoris vmq; reperiam, aut q; gratiarū actionem reddam tibi: qui mihi infinitas misericordias exhibuisti? Et si aliquid inuenirem quod tibi donare possem: nōne tuū esset anteq; darem? Parum vel nihil habeo Munquid de nihilo sacrificare possum? Accipe tamen sacrificiū humilitatis paupertatis et nihileitatis mee: et sit totum tibi assciptū: quicquid mihi impartiri voluisti. Dicant et pro me laudes immensas omnes angelorum chori: tibi semper assistentes. Dicant et oēs spiritus iustorum: alta iubilatione ad ipsum repetētes. Sed adhuc quid agam in memoriā et laudem sanctissimi nominis tui? Multa deberem agere: multis teneor et obligor: et vix ad minima sufficio. Legam igitur de te iheſu mi dulcissime: scribam de te, cantem de te, Cogitabo de te, loquar de te: operabor p te, patiar pro te. Exultabo in te laudabo te: magnificabo te, glorificabo te Digne adorabo te quia deus meus es tu: in quem credidi quem amaui quē quesiui. quem semp optaui. Fac mecum signum in bono: vt videant oculi mei speciosum vultū tuum in celo. Ad pedes tuos humiliter mēte me prosterno: deprecans obnixe tuam clementiam cum lacrimis: quatenus mihi misericors esse digneris Scribe nomen meum in libro vite: nec vmq; illud deleatur quod sancta manus tua conscripsit. Ego infelix et sanctorū meritis valde dissimilis, de tua superabundanti prerogatiua meritorum confidens implore: vt saltem inter infirma et extrema electorum membra merear computari. Scio quia non est talis vita et cōuersatio mea, vt confidere aliquid de me ipso audeā: sed tota spes et consolatio mea in precio pretiosi sanguinis tui constat et requiescit: in quo me totaliter pono. et ponendum sentio: cuius omnibus que egi deliqui merui et obmisi. Elide ergo exiguitatem et indigentiam meam clementissime iheſu: attende affectum cordis mei quem ad te gero et habeo: non quia ego dignus sum, sed quia tu benignus es: qui ab indignis non dedignaris tangi et amari. Terret me impuritas mea: iterum me trahit et allicit ad te maxima pietas et humilitas tua: qui non solum homo fieri: sed etiam pro homine peccatore pati mori et sepeliri. in vera charitate p̄sensisti. Jōq; ad te cōfugio: quia nihil boni in me inuenio. Tu supple p me: quod minus valet vis mea

perficere. Tu desiderium mihi tribuisti. vt te salutarem laudarem atq; benedicerem: quia spes mea tu es: et portio mea in terra viuentium. Desiderium anime mee est esse tecum in regno celorũ: sed quia tempus meum nõdum est paratum: expectabo te vsq; ad vesperam. Interim hec mihi sit consolatio in loco peregrinationis mee: q̃ memor sum nominis tui et maxime charitatis tue: et q̃ presentem te habeo in fide et sacramentis ecclesie. Intollerabile mihi prorsus foret in hoc mundo viuere: nisi spem haberem in te domine. Non enim consentio cum seculo gaudere: et ne sine consolatione et gaudio manerem: in te statui gaudium meum ponere. Multum sepius errarem t multum in cogitationibus fluctuarem: nisi te in memoria mea et in imaginatione mea tenerem. Et quia diuinitatis tue altitudinẽ capere non possum. nec incorpoream veritatem comprehendere sufficio: tutius me ad sancte humanitatis tue gesta t verba conuerto: quia hec cogitãs non omnino a diuinitate tua recedo. Gratias tibi iesu bone dulcis et amande: quia frater meus os meũ et caro mea fieri dignatus es. Gratias et sancte marie matri tue: de cuius virginea carne sacrosancta corporis tui mẽbra assũpsisti: ac mediante anima rationali perfecte diuinitati adunasti: vt ipsa non tantum hominis sed et dei mater digne ac fideliter appelletur.

De processu ad salutandum virginẽ gloriosam.

Capitulum. XXIII

a Stitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata amicta varietatis. Quis nullius sim meriti sed multorũ delictorum cõscius mihi: est tamen pergrandis fiducia mea passio tua domine ihesu: et meritum gloriose virginis sancte marie matris tue de qua parũp cogitare nunc libet: t queso vt liceat. Quis enim ego sum vt audeam propius accedere: nisi licẽtia prius postulata? Scio indignitatem meã in eius singulari reuerentia non debere apparere: quam nimirum angeli venerantur cum stupore dicentes. Que est ista q̃ ascendit de deserto mundi. delicijs affluens paradisi? Id circo o predulcissima maria. neq; mihi conuenit tuam gloriam et honorem. tuam pulchritudinem et magnificentiã considerare: quoniam terra sum et cinis. imo terra vilior t cinere: quia peccator sum et ad omne malum procliuus valde. Tu autem celo celsior facta. mũdum sub pedibus habes: et propter honorem filij tui omni honore digna existis et reuerentia. Attamen ineffabilis pietas tua que omnẽ cogitatum excedit. affectum meum ad te trahit et allicit: quia tu es vtiq; solamen desolatorum: et tu miseris peccatoribus libens subuenire consueuisti. Ego quidem omnibus bonis consolationibus et confortationibus. et maxime gratia filij tui me egere sentio: nam me ipsum nullatenus iuuare sufficio. Tu autẽ pijssima mater. si meam paruitatẽ dignaris attendere: multis me potes subleuare auxilijs: atq; vberioribus consolationibus inter pressuras refouere. Cum ergo aliqua pressura vel tentatione fuero circũuentus: cito mihi et sine trepidatione ad te est recurrendum: quia ibi prior misericordia: vbi amplior redundat gratia. Q̃ si forte aliquando libet speculationi excelse glorie tue intendere. atq; honorifice te ex intimo salutare: longe purior me oportet corde procedere: nec sine superni luminis ductu mihi expedit proficisci. Vere non est illi gloria: sed digna reddenda confusio: q̃squis irreuerenter ad tuum presumpserit ostium accedere. Oportet autẽ accedentem summa cum reuerentia et humilitate procedere: bona tamen spe simul iuncta: quatenus tua miserante clementia dignus sit admitti. Ihu militer ergo ac reuerenter deuote et confidẽter ad te procedo: gabrielis portans in ore salutationem tibi suppliciter offerendam: quã et inclinato capite ob tui reuerentiam. et expansis manibus ob eminentem deuotionis affectum lete represento: atq; eãdem centies millesies et multo amplius ab omnibus celestibus spiritibus pro me dici peto et exoro. Nam quid dignius et dultius pro presenti offeram prorsus ignoro. Auscultet itaq; tunc sancti nominis tui pius amator. Celum gaudet. stupet omnis terra. cũ dico Aue maria. Sathan fugit infernus contremiscit: cũ dico aue maria. Abundus vilescit caro mar

Soliloquij anime

cessit: cum dico Aue maria. Abcedit tristicia venit noua leticia: cum dico aue maria. Torpor euanescit: cor ex amore liquescit: cum dico Aue maria. Crescit deuotio oritur compunctio: spes proficit: augetur consolatio: tum dico Aue maria. Recreatur animus et in bono confortatur eger affectus: cum dico Aue maria. Siquidem tāta est suauitas huius benedicte salutationis: vt humanis non possit explicari verbis: sed semper manet altior ⁊ profundior: ꝯ omnis creatura indagare sufficiat. Propterea iterum flecto humiliter genua mea ad te sanctissima virgo Maria et dico. Aue maria gratia plena. Suscipe clementissima domina mea sancta maria hanc deuotissimam salutationem. ⁊ me in ea suscipe: vt aliquid habeam quod tibi grate placeat. quod mihi fiduciam ad te prestet. quod maiorem semper amorem accēdat: ac in iugi deuotione tui venerandi nominis cōseruet. Utinam ad satisfaciēdum desiderio honorandi ⁊ salutandi te ex totis precordijs meis: omnia membra mea modo verterentur in linguas. ⁊ lingue in igneas voces: vt modum inuenirem glorificandi te dei genitrix in eternum. Utinam adhuc pro omnibus peccatis meis quibus iram merui ⁊ gratissime filium tuum contristaui: te quoq; et omnem exercitum celi sepissime inhonorauī et offendi: hanc suauissimam gabrielis salutationem reddere valeam. tanq; sanctam et puram orationis hostiam: omnium commissorum meorum expiatricem Utinam quoq; cum nimis fragilis et labilis sit vita mea: p vniuersis excessibus et negligentijs meis. pro omnibus etiam cogitationibus vanis. immūdis et peruersis. omnes beati spiritus ⁊ anime iustorum purissima deuotione et ardentissima deprecatione dicant tibi o beatissima virgo maria ac centupliciter in honore tuo altissimam hanc salutationem replicent qua pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus te primū per angelum suum statuit salutare: quatenꝰ sic aliquomodo reperiam incensum dignuz in odorem suauitatis: qui nihil bonitatis et digne recompensatōnis in me reperio. Sed ⁊ nunc in presentia tua prostratus et sincera deuotione inuitatus: atq; totus in veneratione alimiflui nominis tui accensus: repreſento tibi leticiam salutationis istius: quando gabriel archangelus a deo missus. secretarium thalami tui est ingressus: ⁊ flexis reuerter genibus. noua et inaudita a seculo salutatione. tuam virginalem faciem honorauit et dixit. Aue gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus ⁊ benedictus ⁊c. Quam ⁊ ego fidelium more. ⁊ aureo si possem ore ex integro cupio persoluere: atq; vt mecum omnes creature pariter loquantur. ex intimis visceribus concupisco. Aue maria gratia plena dominus tecum. benedicta tu in mulieribus. ⁊ benedictus fructus ventris tui ihesus christus Amen. Hec est salutatio angelica: spiritussancti institutione formata: tue maxime dignitati ⁊ sanctitati congrua. Hec est oratio parua verbis. alta mysterijs: breuis sermone lata virtute: sup mel dulcis ⁊ super aurum preciosa: ore cordis iugiter ruminanda. labijsq; puris frequentissime legenda ac repetenda. Nā verbis paucissimis contexitur: et in latissimum torrentem celestis suauitatis diffunditur. Sed ne fastidiosis ve indeuotis ⁊ vagis oratoribus aurea verba non ponderantibus nec mellea pocula gustantibus: qui totius dicunt Aue maria sine attentione et reuerentia. O dulcissima virgo maria: custodi me a tam graui negligentia et desidia: et tribue veniam de transacta iam culpa. Ero ammodo deuotior feruentior ⁊ attentior in dicendo aue maria: siue in choro siue in cella: siue in orto siue in agro. aut quocunq; locorum fuero. Et nunc post hec quid petam a te domina mea charissima? Quid melius quid ve vtilius. et quid tam necessarium mihi indigno peccatori: nisi vt inueniam gratiam coram te et dilectissimo filio tuo? Peto ergo gratiaz dei te interueniente ⁊ impendente: que teste angelo apud deum plenitudinem gratie inueniſti. Nulla charior petitio est: nec vlla re plus indigeo ꝯ gratia et misericordia dei. Sufficit mihi gratia dei: ceteris non obtentis. Quid est enim omnis conatus meus sine illa? Quid item impossibile. ea assistente ⁊ iuuante? Habeo multas ⁊ diuersas animi egritudines: sed diuina gratia efficacissima medicina est contra omnes passiones: ⁊ si dignāter aduenerit. mitigabit vniuersas. Habeo quoq; inopiam spiritualis sapientie et scientie: sed diuina gratia summa magistra est et doctrix celestis discipline: que repente in cunctis necessarijs me sufficit instruere. Nam vltra necessarium aliquid petere. aut preter licituz aliquid velle scire: hec ipsa gra

tia dissuadet: sed humiliari sub se. & contentari se ipsa monet & docet. Hanc igitur mihi impetra gratiam clemens virgo maria: que tam nobilis est & preciosa: vt merito aliud nihil desiderare debeam aut petere. q̄ gratiaz pro gratia.

De consolatione pijssime matris virginis marie.

Capitulum. XXIIII.

Iffusa est gratia in labijs tuis. Eya obsecro te domina mea: vel nunc parum loquere mecum sancta Maria. Aperi os tuum in nomine dilecti filij tui: qui te benedixit in omni gratia spirituali.

Vox marie. Ego sum inquit mater misericordie: plena charitate et dulcedine. Ego peccatorum scala: reorū spes et venia. Ego mestor cōsolatio & sctōr spālis leticia Transite ad me omnes qui diligitis me. et ab vberibus consolationum mearum adimplemini: quia pia sum & misericors omnibus inuocātib⁹ me. Venite omnes iusti & peccatores rogabo pro vobis patrem: rogabo & filium: vt reppropicietur vobis per spiritum sanctū. Omnes inuito. omnes expecto. omnes venire desidero. nullum peccatorem despicio: sed super penitente peccatore etiam cum angelis dei magna charitate congaudeo: quia non perit preciosus sanguis filij mei effusus pro mundo. Accedite ergo ad me filij hominum: attendite & videte zelum meum provobis ad deum filium meum ihesum christum Ecce ego iram eius in me suscipiam: placabo illum precibus sedulis: quem vos offendisse cognoscitis. Conuertimini et venite: agite penitentiam: & impetrabo vobis indulgentiam. Ecce ego sto inter celum & terram. inter deum & peccatorem: et ne mundus iste pereat precib⁹ meis obtineo. Nolite ergo abuti misericordia dei & mea clementia: sed omnem cauete offensam: ne subito super vos redeat indignatio et intollerabilis vindicta. Premunio filios meos: obsecro dilectos meos: estote imitatores filij mei & matres vestre Recordamini mei: que vesti non possum obliuisci. Ego enim sum omniū miserorum miseratrix: omnium q̄ fidelium pijssima aduocatrix. Discipulus.

O gratiosissimum verbum: omni celesti dulcedine plenum. O vox sublimis de celo rorans suauiter influens: peccatores consolans. et iustos letificans. O celestis fistula: q̄ dulciter resonans in desperata cōscientia Et vnde mihi vt alloquatur me mater domini mei: Benedicta tu mater sanctissima: & benedictum eloquium oris tui: nam mel et lac sub lingua tua: & odor verborum tuorum super omnia aromata. Anima mea liquefacta est: vt locuta es o maria. Ecce vt facta ē vox consolatōnis tue in auribus meis: exultauit in gaudio anima mea. Reuiuiscit nanq̄ intra me spiritus meus: & omnia interiora mea gaudio nouo perfunduntur: quoniam bona et iocunda per te mihi hodie nunciata sunt. Tristis eram: sed nunc gaudeo propter vocem tuam. Vox enim tua dulcis in auribus meis. Grauatus eram & desolatus: sed nunc releuatus sum et confortatus. Misisti enim manum tuaz de alto & tetigisti me: conualui q̄ de infirmitate. Vix loqui poterā: sed nūc libet etiam cantare. & gratias tibi magnifice agere. Tedebat viuere: sed iam nec mori timeo: quia te aduocatum apud filium sciens pro mea causa teneo: cuius misericordie me commendo ex hac hora & deinceps omni in momento. Ex quo enim locuta es ad cor desolati orphani tui. repente mutatus sum in melius: & valide interius recreat⁹. Quodā modo desperatus iacui: sed accessit consolatio tua: mecq̄ erexit cum iocunditate dicens Vox marie. Quid est fili: et qui sunt qui volunt nocere tibi? Noli timere: ego videbo pro te fili mi Viuo ego & viuit filius meus iesus frater tuus. qui est ad dexteram patris: fidelis vtiq̄ pontifex & intercessor pro peccatis tuis. In ipso sūme sperare debes: quia ipse est dator vite et destructor mortis. Ex me temporaliter icarnatus: ex patre eternaliter genitus: toti mūdo in salutem datus est. Ecce vnde spes & consolatio: & per quem fides & victoria. Sit ihesus & maria in tua semper memoria. & non timebis inimici iacula.

Discipulus. O felix hora: quando tribulato cordi meo adesse dignaris o pijssima virgo maria. O si esset longior mora ad audiendum verba tua consolatoria: nam vehementer me accendunt & afficiunt: quādo ex intimo me tangunt & instruunt. Beata vbera tua diuina maria: que nunq̄ cessant dulcissimum consolationis lac fluere. Nam pre vbertate gratie latentis olim pueri tui dilecti ihesu. non potest innatā tibi misericordi-

am denegare postulãti: sed gratiam sepe exhibes etiam in multis delinquenti. O mater summe pietatis: maxime miserationis ⁊ charitatis. O virgo incomparabilis: omnibus amabilis ⁊ venerabilis. O genitrix singularis ex te nati filij dei: sed ⁊ totius christianitatis mater generalis: ac cuiꝯ pro sue deuotionis affectu valde cordialis et specialis. O virgo virginum. regina mũdi ⁊ domina angelorum: trahe me post te: ne iacere maneam sub onere peccatorum. Effunde gratiam. rorem saluificum de celis ministra: vt veraciter incipiam sentire: quia tu es mater gratie: ⁊ fons patens misericordie. Ora marie.

Ego sum mater pulchre dilectionis. casti et sancti timoris: pie allocutionis ⁊ suauissime consolationis. Audito ergo nomine meo. exulta in toto corde tuo: inclina reuerenter: me ꝯ saluta libenter. Nam honorato matrem: honoras et filium qui deum habet patrem. Ego enim sum maria mater ihesu: ⁊ hoc nomen mihi ineternum manebit. Jhesus autẽ quid: Christus filius dei viui. hic est saluator mundi: rex celi ⁊ terre: dominus angelorum ac redemptor fidelium: iudex viuorum et mortuorum. Ipse est spes piorum. consolatio deuotorum. pax mansuetorum: diuitie pauperum gloria humilium. fortitudo debilium: via errantium. lumen cecorum. baculus claudorum. vnctio aridorum: leuamen oppressorum. iuuamen tribulatorum: et omnium bonorum singulare refugium. Bene/dic filium cum matre: ⁊ eris dilectus a patre Da ei honorẽ ⁊ gloriam: ꝙtiens mihi aliquã exhibueris reuerentiam. Eius gloria mea leticia: ⁊ mea laudatio eius est veneratio. Pone me et ihesum sicut signaculum super cor tuum: sicut signaculum super brachium tum. Stans igitur aut sedens. orans aut legens: scribens aut operãs: creber in ore. semper autem in corde ihesus versetur et maria

Discipulus. Eya amen. Seruiãt tibi omnes populi tribus ⁊ lingue: ⁊ incuruẽtur ante te omnes creature. Celum dicat. gaude maria: terra respondeat. Aue ineternum ⁊ vltra Confiteãtur simul omnes sancti nomini tuo magno: ⁊ exultent omnes deuoti coram te ⁊ agno ihesu christo filio tuo domino nostro. Amen.

De reddẽdis gratijs ꝓ acceptis bñficijs. Capitulum. XXV.

Jt nomen domini benedictum in secula. Seruiat tibi domine deꝰ quicquid ago lego ⁊ scribo. omne quod cogito dico ⁊ intelligo. A te incipiat. ⁊ per te ⁊ in te oñe opus meum finiatur. Quod dedisti hoc recipe: ⁊ vnde flumina exeunt. illuc reuertantur. Nunꝯ melius mihi manet nec vnꝯ dulcius sapit: ꝯ cum totum tibi sincere retribuo: quicquid rectum a me geritur aut cogitatur. Opto gratias agere: sed tunc veraciter ago: si totum tibi ⁊ nihil mihi dedero ex omnibus datis ⁊ acceptis. Quid inquaꝫ possum retribuere malus ⁊ piger seruulus: Nihil est seruitiũ meum: etiam si fecero omne quod iussisti. Propterea ad nihil redactꝰ sum: ⁊ in veritate humiliatus. Bonum mihi quia humiliasti me. vt tu solus iustificeris: tu solus laueris ab omnibus: nec vnꝯ glorietur in se puluis vilissimus. Ueruntamen desistere nolo: sed laudare te cupio corde et ore: quia si digne non possum perficere: indignuꝫ tamen est omnino simile. nec recognoscere. Laus mea deus meus tu es: in te cantatio mea semper. O qui parum sentiret de gloria tua. et quid est in te gloriari: ꝯ nihil duceret quicquid blanditur ne externa gloria. O qui parum saperet de dulcedine tua: ꝯcito illi amarescceret omnis delectatio terrena. O quantum ferueret qui paruam scintillam charitatis tue haberet: nam omnia libentissime contemneret: vt tuo amori inhererere liceret. Et vere totum illi suaue ac leue esset: quicquid pro amore tuo agere vel pati posset. O quantum exultaret. ꝯ vehementer post te curreret: memor omnium bonorũ tuorum. Nihil charius quereret. nil beatius possideret. nil sequeretur auidius: ꝯ quod amori tuo seruiret. Etenim amando onus non sentiret: quia amor omnia onera portaret. Et ideo qui de onere conqueruntur: exiguos se in amore testãtur. Ex amore tibi seruire. iocundissimum est et laboris solamen. Amor nõ respicit ad proprium cõmodũ: nec vereꝫ pati incõmodũ: sed tuũ querit in oñibus bñplacituꝫ. O ꝯ dulcis res est amor tuus xp̃e: ꝯ bene sonat ꝯ suauiter intrat: ꝯ fortiter tenet ⁊ stringit. Utinam me seruituti perpetue obliget: totaliter capiat totaliter sibi subijciat: ⁊ proprium tuum me tibi faciat. Tunc enim maxime liber sum cũ ab amore tuo captus sum: ⁊ omni proprietate priuatus ⁊ alienatus. Seruus tuus ego sum do/

mine: tuus inquã quia emisti me. Libenter sum tuus: et non pudet me proprium tuum esse. Nolo me ipsius esse: tu iuua vt possim ab omni proprietate liberari. Tu confla et accende: suscita igniculum et estuabit cor meum: fietq; purum clarum et amenuz: quia amor tuus fugat omne vicium: et consumit omne peccatum. Tu tene amoris vinculum et stabit meum pauperculum seruituz. Nec ignoro quia nihil tibi confert meum seruitium: sed mihi tamen proficit: si ago quod tibi gratum esse noui. Vtinam faciam et non simuleam: dicam et non abscondam opera tua. Quando enim digne sufficiam excogitare omnia illa beneficia: que mihi indigno contulisti? Magnam misericordiam domine cũ seruo tuo fecisti: sed ego prochdolor non retribui grates sic digne meruisti. Ideoq; me tenent pene et dolores cordis: quia non possum respondere beneficijs tuis tam multis et tam magnis. Vtinam vel semel digne et integre pro omnibus his quoam tibi regratiari. Sed in quo nihil est. quid de illo exire potest? Vas nanq; vacuum. nil habet ad propinandũ. Quid ergo faciam? Dare me aliquid oportet: quia vacuum apparere coram te nõ licet: nam et omnis ingratus tibi displicet. O si haberẽ aliquid in toto mũdo quod tibi darẽ: et gratũ foret oculis tuis. Quid vis habere dilecte domine? Bonorum meorum vtiq; nõ eges. Cur ergo exigis a me datum? Nemo ditior te et adhuc aliquid postulas a me? Volo inquit totum habere. Nam tibi hoc expedit. si vis gratiam meam mereri. Ego dabo gratiam: et tu reddes gratiam et sic tenebimus pariter iugem charitatem. Da te mihi: et totuz dedisti. O iesu fons omnis boni. fons vite. fons gratie: fons dulcedinis: fons eterne sapientie: infunde nũc pijssime donum celestis gratie: et doce me tibi sp gratias agere. et memetipsum ante omnia tibi dare: quia hoc est carius quod possum tribuere. Sentio hoc: et consentio. Accipe me: ecce tuus sum tot̃: et oia mea tua sunt: vnuz est quod nõ possuz tribuere tibi. Quid hoc? Peccatum meum quod mihi proprium est: et ideo tibi imputandum non est. Deum est peccatum. et omnis defectus in me reperibilis mihi soli attribuendus: tibi autẽ gloria et gratiarumactio pro omnibus beneficijs tuis. Sed iaz ad memorandа beneficia tua ex multis pauca mihi recolligo: et que amplius mouent: et eminent. Nam omnia perscrutari nec tpũs patitur: nec cogitatio preualet. Excedit enim numerositas modum: et magnitudo obruit sensum: sed et dignitas non habet precium. Nam emi nõ possunt: quia gratis dantur: et ideo pro eis tm̃ grates requirũtur: alioquin ab ingrato omnia auferentur.

Primum igitur gratias ago tibi domino deo meo creatori omnium q̃ me hominẽ rationalem dignatus es creare: et super opera manuum tuarum fm animam ad imaginez tuam et similitudinem factam constituere. Magnum hoc et primum beneficium gratuita bonitate donatum mihi: neq; enim meipsũ ego feci: sed tu me fecisti: introducens me in orbem terre per parentes quos tibi i hoc seruire voluisti. Et ecce melior sum omni corpore. prelatus omnibus bestijs et volatilibus celi: quia ad imaginem dei factus: eterne sapiẽtie capax. lucis increate et veritatis incõmutabilis sum naturaliter particeps. Pro omni igitur quod sum viuo et sapio. gratias tibi perpetuas refero: optans et petens vt omnes simul creature que in celo sunt et in terra. nomen tuum laudent ammirabile et superexaltatum in secnla. Benedico te pater et domine celi et terre: qui omnia creasti ex nihilo per vnigenitum filium tuum in spiritu sancto. Ex pura et libera voluntate non aliqua necessitate creasti omnia: vt notam faceres filijs hominum potentiam tuam: et mundum hunc visibilem optime disposuisti per inuisibilem sapientiam tibi coeternam. Benedicant te oẽs creature tue tibi in cunctis subiecte: et humano generi ad ministerium condite. Nam te iubente celum pluuias congruis dat temporibus: et terra fructus affert plurimos. Lucent sol et luna clare super terram: stelle girant noctibus per ordinẽ. Fontes scatent. fluunt riui: natãt in vndis pisces generis diuersi. Volant cantant aues celi: saliunt in montibus capre hynnuli et cerui. Oues et iumenta ad bona gaudent pascua: currunt per nemora diuersa animalia. Prata virent. campi floreant: et omnia ligna siluarum ramos fructusq; producunt. Hec sunt opera tua deus: qui facis mirabilia magna solus. Scõm beneficium mihi exhibituz est misterium incarnatõis: opus redemptionis. et precium salutis nostre: fructus vtiq; passionis tue et mortis. O magnum pietatis opus: opus excellentissime charitatis. summe humilitatis et pacientie singularis. Hoc homo non meruit. hoc angelorum nullus fa

cere potuit: hoc prophete mirate sunt: hoc apostoli viderunt ⁊ docuerũt: hoc fideles omnes susceperunt: hoc maxime electi diligunt et recolunt. Hoc beneficium bene cogitatum excitat desideria, inflammat corda: nutrit deuotionem, illuminat mentem, purgat affectum: trahit ad celum retrahit a mũdo, ducit ad christum. ⁊ vnit animã christo. Superabundat donum istud dono priori. vnus tamen qui vtrunq; dedit et fecit iesus christus dñs deus noster. Nihil enim mihi nasci profuit in mundo: nisi ⁊ redimi profuisset dato sanguinis precio. Subuenit ergo mihi gratia, excreuit diuina misericordia, et facta est copiosa redemptio: nã viciata natura absq; creatoris non potuit reparari auxilio. O pater misericordiarum ⁊ deus totius consolatiõis: vt damnatum seruum redimeres filium tradidisti. O mira circa nos tue pietatis dignatio: quam explicare non valet mens humana nec angelica ratio. O dulcissime ihesu principium nostre salutis et finis: tu solus nosti q̃ solus potuisti cõferre opem miseris ⁊ damnatis. Nam in humilima ⁊ abiecta forma serui apparere dignatus es hominibus: ⁊ pro mortalibus vermiculis sententiam dire mortis sola miserante charitate libentissime suscepisti. O ihesu fons bonitatis ⁊ pietatis, lux lucis eterne, ⁊ speculum sine macula dei maiestatis: accende cor meum meditatione huius ineffabilis beneficij: quod mihi ⁊ toti mundo exhibere voluisti. Generale quidem hoc beneficium sicut ⁊ primum: omnibus sufficiens ad salutez, sed nõ in' omnibus tamen efficiens fructum: ꝓpter multorum infidelitatem ⁊ maliciaz. Electis autem omnibus salutare est ⁊ proficuũ: propter quos omnia creata sunt, et per te ihesu christe recreata. O boue iesu quanta nobis beneficia in humanitate tua prestitisti. Factus es frater noster ⁊ caro nostra, vt filij dei cõputaremur: ⁊ per te accessum haberemus ad patrem: cuius offensam placare nemo dignus fuit: nisi tu de quo ipse ait. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene compla cui. Felix anima que sacramenta nostre redemptionis studiose recolit: affectuose diligit, digne veneratur. ⁊ pro oñibus tibi gratias agit: ac tuo cõsilio plusq; suo sensui credit. Nã hoc misteriũ nõ ẽ quisq; idoneꝰ p se inuestigare: nec humana attingitur sapientia: sed fidei potius firmitate, ac puri cordis intuitu desuper illustrato. Beatus qui meretur accipere per gratiã: quod mundi sapientes non potuerunt cognoscere per naturam. O iesu sapientia patris: fac me intelligere in luce fidei hoc magnum ⁊ mirabile misteriuz tue incarnationis: quia in illo totius nostre salutis latet dulcedo: abundat maxima charitas. ⁊ inscrutabilis sapiẽtie tue plenitudo choruscat. Proficiat seruus tuus per augmenta virtutum ⁊ bonarum studia actionũ: ac magis magisq; in hoc memoriali incarnationis archano, cum sacre passionis profundo instruatur, atq; totus in tua intima penetrabatur. Profunda admodum abyssus et diuinum quoddam pelagus, tante charitatis tanteq; dignationis exhibitio, quod trãsnatari non potest: in quo natant ⁊ renatant spirituales pisces parui et magni: quos intra rethe fidei cepisti. Maneat igitur in recordatione mea tanta charitas et dulcedo: tanta humilitas et mansuetudo: et in omni orationis sacrificio ac meditationis exercitio occurrat ⁊ immisceatur aliquid de incarnationis passionisq; misterio: tanq; lucidissimum thus ⁊ suauissimum balsamuz in odorem suauitatis deo patri offerendũ. Dicant nunc mecũ qui redẽpti sunt a domino quos redemit de manu inimici canticũ diuine laudis: et hymnum mentalis iubilationis cum gratiarumactione persoluãt. Et omnes angeli stantes in circuitu throni procidant in facies suas: ⁊ adorent agnum dei qui abstulit peccata mundi dicentes. Te decet laus ⁊ honor domine. Benedictio ⁊ claritas gratiarumactio ⁊ vox laudis, fortitudo et imperium: maiestas ⁊ sapientia tibi domino deo nostro iesu christo in secula seculorũ Amen.

Tercium beneficium prioribus non infimum est gratia iustificationis: qua me clementer ad conuersionem et vite emendationem traxisti: donans penitudinem peccatorum, spem venie, et propositum bene agendi, ac imperpetuum tibi seruiendi. Hoc clare considerans beatus Paulus adhortatur discipulos suos, ne datori dãti beneficij sint ingrati: sed vt memores celestis gratie digñas superne vocationi laudes studeant referre. Videte inquit vocationem vestram fratres: quia non multi sapientes, nõ multi potentes: sed que infirma sunt mundi elegit deus. Jn me hec considero qui cõtemptibilis ⁊ inutilis huic mundo, tua sancta voca-

tione ereptus sum de ipsius naufragio: & ad seruiendū tibi etiam tuo merui sociari collegio. At ne retro iterū abirem: voto me sponte costrinxi. Quod vtiq; nō meis meritis: ꝑ tue deputo ꝓuidentie. De quo te magnifice laudo & bñdico, quia dignat⁹ es me vocare p gratiā: dās mihi volūtatē bonā & abijciēs a me peccatoꝝ sarcinā. Nam & suaui iugo tuo me subiecisti: emolliens mentem meam vnctionis spiritus tui: quem mundus nescit nec videt nec sapit. Custodi hanc voluntatē misericors dñe: insuper adauge dona gratie q̄diu sum in hac visibili luce. Sentio vocationem istam magnum fore beneficiū: quod non omnibus datur, sed quibus paratus est a patre: quia non est volentis neq; currētis, sed miserentis dei: vt omne os loquens inania obstruatur, & totus homo tibi subiectus sit, & non glorietur omnis caro in conspectu tuo: nec sibi quicq; deputet de ꝓpꝛijs meritis vel operibus bonis. Nam si fm iusticiaz mecum agere voluisses: iā deputatus essem cū his qui in inferno sunt. Sed pepercit mihi pietas tua dñe: atq; locum tribuisti indulgentie: ne similis fierē filio perditionis. Adagnas igitur tibi teneor laudes reddere ꝓ tam magnifico beneficio: et vtinam dignis respondeā vocibus & moribus cunctis vite mee tēporibus. Obsecro autē vt ꝓ gratiarumactione acceptes meū pauperculum obsequium, quo tibi seruire cupio & ex charitate debeo, et vt debitum seruitutis mee radicaliter ꝓcedat ac finaliter tendat ad tuum beneplacitum & honorem: nec vnq; cor meū a tua dilectione auertatur: sed anima mea et corpus meum pariter vigeant & perseuerent iugiter in sanctissimo seruitio tuo: q̄diu spiritus est in visceribus meis: & compos mei ipsius sum & tui recordari possum. Nunq; cesset laus tua ex ore meo: & abundantia benefactorum tuorum nō recedat de corde meo. Et si seruus tuus multis annis vixerit, dato etiam q̄ centum aut mille annis esset victurus: non erit ꝓpterea tepidus vel perterritus in humilitate & subiectione tibi famulari: sed ita deuote et voluntarie tibi in omnibus deseruiam, sicut ea hora & die quādo ꝓimum cor meum a te ammonitū est et confirmatum: vt te dñm solum pura & integra mente sequeretur. Nec huic ꝓposito obstabit aliq̄ infirmitas seu aduersitas intercurrens: sed sicut nunc sentio, & te deo meo audiente ꝓpono: ita quoq; quod semel egressum est de labijs meis, te adiuuante cupio adimplere. Si vo per aliquam fragilitatem vel aliquā culpam hec voluntas fuerit confracta, quia non est homo super terrā sic iustus: qui viuat & non peccet: adhuc non diffidam nec te dimittam: sed mox incuruabo genua cordis mei cum multa contritione & lacrimis offerendo tibi tristem & sautiam conscientiam meam, ad sanandum eam medicamēto gratie tue: & ad alligandum multo fortius ꝓpositum, q̄ antea fuerat constitutum. Non me penitebit boni incepti: immo gratias agam quia hoc a te vel semel merui suscipe: q̄ tibi consensi eternaliter militare. Potens es autem omnipotēs & misericors dñe, qui me de nihilo creasti, quiq; hominis infirmitatem & casum ab initio ꝓnosti, omnia ꝓmissa mea mihi benignissime dimittere, ac instaurare omissa: perdita restituere, liuida curare, sordida mundare: tenebrosa illuminare, tumida inclinare: extincta reaccendere, cōfracta reedificare, neglecta recuperare, ꝓtaua corrigere, aspera complanare: curiosa restringere, vaga colligere, inordinata componere: ac totum statum mentis mee in melius commutare: ita vt iam nil desit de ꝓiori ꝓposito: sed etiam omnis occasio mali cooperetur mihi in melius tibi humiliter ꝓstrato. Hec est mutatio dextere excelsi: hec est visitatio celestis: hec est multiplex collatio diuine pietatis. Accipe etiam ꝓ gratiarūactione cuncta sancte ecclesie deuota seruitia: cum vnanimi concentu totius celestis curie. Et omnes sancti ab origine mundi qui per gratiaz tuā illuminati sunt & vocati: omnes quoq; fideles & xp̄iani in omni populo & tribu et lingua & natione, qui vsq; hodie sunt, & aū nos fuerunt, & post nos erunt pariter celebrent & collaudent dulcissimuz atq; gloriosissimum nomen tuum: quod est super omne nomen benedictum. Dicant iterum & reuocent cum ingēti gaudio, laudes vniuersas tuo nomini digne dicandas: totvtiq; vicibus quot celum stellas, quot mare pisces, quot gramina tellus, quoq; biblia continet apices. Et cum istud totum fecerint & ꝓ me supplices dixerint: tunc adhuc confitebor tibi quia necdum satisfactum est ineffabili laudi nominis tui: quod totis viribus cupio laudare & omnimodo superaltare, quousq; ad illas pueniā curiales laudes: quas modo nō possunt attingere nec ꝓsequi mortaliū hominū voces. Vides nunc aīa mea magnitudinez

et p̄ciositatem beneficiorum creatoris ac redemptoris dñi dei tui: cui ad regratiandum nō sufficit oīs creatura, quā ipse in laudem ⁊ gloriam sui eterni bñdicti nomīs condidit qui nullius vtiq; glorie eget, sed sibi soli ipe solus sufficit, sua gloria est ipse qui est. Ecce p̄ multitudine bñficiorū eius non potui cuncta ante oculos tuos reducere: ꝑ eligi ex grādi copia tria munera p̄ciosa, quēadmodum magi dño oblaturi fecerūt: ī quibus placuit pene vniuersa concludere. Nam omne bñficiū si diligenter aduertis, aut est nature, aut gratie, aut superexcellentie: ⁊ quodcūq; aliud est satis conuenienter ad aliquod horum trium habet referri. In creatione habes bñficium nature: in redemptione bñficium superexcellentie: in iustificatione donū considera gratie: Pro quibus omnibus ⁊ singulis gloria tibi sit sctā trinitas equalis vna deitas: ⁊ ante omnia secula ⁊ nunc et imperpetuum. Amen.

Explicit soliloquium anime.

Incipit tractatus eiusdē fratris Thome Kempis. De disciplina claustraliū. In quibus consistit disciplina claustralis.

Capitulum primum.

Prehēdite disciplinaz: nequando irascatur dominus: et pereatis de via iusta. Disciplina claustralis si strenue seruet, ad magnā perfectionez ducit: et ab eterna dānatiōe liberat: et in celesti regno altissime coronat. Cōsistit aūt disciplina ī tribus p̄cipue: vt silentiū bene seruet: vt diuinū officium deuote celebret: ꝛopus manuum impigre exerceatur. Vbi disciplina viget: ibi maior pax ⁊ spūalis p̄fectus inuenit. Vbi disciplina perit: ibi dissolutio crescit: ibi vicia intrant: et virtutes eneruātur. Vbi disciplina custoditur: ibi adest gratia celestis: ibi deotio floret, ibi lectio sapit, ibi meditatio dulce sonat: ibi oratio feruet, ibi gratiarūactio ⁊ vox laudis resonāt, mens iubilat: ibi intellectus illustrat: ibi caro marcescit ⁊ spūs eleuatur. Qui amat disciplinā letificat cōsciētiam: acquirit bonā famam: ⁊ adauget sibi gloriam eternā. Amator disciplīne custodit os suum querit secretū, fugit tumultū, vitat risum diligit luctū: vt inueniat iesum sibi p̄pitium ⁊ amicū. Qui extra disciplinā esse querit, dyaboli laqueos incurrit: ⁊ deotionē mentis p̄dit In tribus locis libēter esto cū fratrib⁹ p̄p̄ communē disciplinā: in choro ad psallēdū in cella ad scribēdū ⁊ legēdū: in refectorio ad sobrie comedendū ⁊ verbū dei audiendum. Vbicunq; verbū dei legit, ibi spūssanctus occulte operat, qui malos de peccato redarguit, ⁊ bonos p̄ spem ⁊ consolationē scripturarum cōfortat: vt amplius p̄ficiant. ⁊ disciplinam ordinis fortiter teneāt. Hinc paulus ammonet dicens. In disciplina p̄seuerate: ⁊ tanq; filijs vobis offert se deus. Hinc dauid orat dicens. Bonitatē ⁊ disciplinā ⁊ scientiā doce me. Et alibi multū eam cōmendās ait Et disciplina tua correxit me in finem. Et disciplina tua ipsa me docebit. Magnū donū dei est habere scientiā scripturarum: sed magis p̄ferendum videt seruare ordinis disciplinam. Hinc summus magister xp̄s docēs discipulos suos legē vite ⁊ discipline: sic ait Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea. Maz tanto fit quisq; beatior coram deo: quāto feruentior est p̄ obseruantia discipline. Duo bona p̄tendit omnis regularis disciplina ⁊ vt statuta diligenter seruentur: ⁊ negligentes p̄ culpis suis corrigant. Deuoti et boni fratris est violentiam sibi facere cōtra p̄auitatem nature. ⁊ sponte se subdere disciplīne: nec aliquid ordinatū p̄terire. Nam qui amat disciplinam sapiens est ⁊ ditabitur virtutibus multis. Qui autem odit correptiones insipiens est: ⁊ honore carebit. Consydera mores fratris disciplinati: qui non est leuis verbis, nec oculis vagus, sed ambulat in timore dei. ⁊ facit opera sua cum diligentia, custodiens silentium ⁊ amans celle quietem. Non murmurat non detrahit: sed deo omne iudiciū committit, et seipsum pre oculis habet: ⁊ que sibi cōmissa non sunt de illis tacet: vt liberius sibipsi vacet. Nam nimis insipiens est qui p̄pria negligit, et alienis rebus se implicat. Disciplinam ergo vbiq; serua: ⁊ erit tibi pax ⁊ gloria magna. Omne quod non decet: studeas cauere. Quicquid deo placet fac cū alacritate: nec p̄pter hominum displicentiam infringe ordinis disciplinam. Stulte agit qui contra consciētiam facit: ⁊ dei offensam p̄pter homines incurrit. Nam qui ordinem suum non seruat: per p̄uaricationem legis deum inhonorat. Si videris quempiam negligenter

agentē corripe illū vt fratrē: ⁊ trahe ad emē
dationē. sed noli sequi eius errorem: nec tm̄
diligas vt in malo ei consentias ne cum ip̄o
cadas ⁊ pereas. Quisquis ꝓ ordinis disci/
plina zelat ⁊ libenter ac gratanter ammoni=
tiones capit: specialē gratiā a deo obtinebit
⁊ i die exit⁹ sui de corpe ab auditiōe mala nō
timebit ⁊ cū electis de p̄mio sui laboris gaude
bit xp̄o dicente. Euge serue bone: qꝛ in pau=
ca fuisti fidelis: intra in gaudiū dn̄i tui. Qui
negligens est ⁊ dissolutus deum offendit et
homines: ⁊ peior est paralitico iacēte in gra
bato: quia iste defectum patit̄ a natura: ⁊ il/
le vincit̄ cordis inercia. Virtuosius est pas/
siones domare: q̄ꝫ demones fugare. Et ma/
ioris charitatis est negligentem ammonere:
q̄ꝫ elemosinam dare. Quem tedet orare ⁊
delectat fabulari: q̄lis feruor est in illo? Pror
sus nullus. Nam si ferueret intus: vitaret oī
no vaniloquia foris. Sed quō quis potest
accendi ad feruorem spiritus? In faciendo
sibi frequenter violentiā contra consuetudi
nem malam: ⁊ tenendo ordinis rigorem ꝑm
formam sibi p̄scriptam. Tepidus semꝑ con=
querit̄ de grauitate di scipline: feruidus am
plectitur cum hilaritate. Sed dicis. Timeo
frangere caput meū: ⁊ incurrere debilitatem
Quid loqueris tepide et dissolute? Nescis
quid pateris. Times parua: ⁊ nō times ma=
gna? Times dolorem in corpore: ⁊ nō times
vigilare. times grauitatē male conscientie?
Times ieiunare times vigilare. times silen/
tium seruare: ⁊ non times in igne cremari. a
demonibus torqueri ⁊ a regno dei excludi?
Vanus est timor iste: de modica afflictione
corporis frequēter cogitare. p̄sentia mala so
lummodo ꝑpendere: ⁊ minus ponderare q̄
eternaliter aīam saluant aut damnant. Re/
uertere ad cor tuū: conuertere ad deū qui fe=
cit te: spera in eo ⁊ iuuabit te. Si nō potes ei
seruire sano capite: tunc seruias ei debili ca/
pite: ⁊ coronabit te rosis ac lilijs suauissimis
cum martiribus sanctis in celis: qꝛ sustinui/
sti dolores ⁊ labores in terris. Noli ergo ꝓ/
pter modicū corruptibilis vite amorē illici/
ta admittere: noli secularia solacia querere:
separa te ab ineptis fabulis. intende sacris
studijs: serua disciplinam. subiuga carnem.
imple obedientiā: ⁊ saluabis animā tuam iu
xta xp̄i sententiā Qui odit inquit animā su
am in hoc mundo: in vitam eternam custo/
dit eam. Cum indisciplinato non habeas fa
miliaritatē: ne discas leuitates e⁹: ⁊ sil̄is ei fi
as in cōfusionem ordinis tui. Junge te reli/
gioso morigerato ⁊ deuoto fratri: vt edifice
ris semꝑ in bono. Vnus indisciplinatus et
verbosus multos inquietat: ⁊ qui eum com
pescit optime facit. Talis sepe est amonen=
dus ⁊ increpandus vt suas dissolutiones di
mittat: ⁊ ad deuota exercitia se cōuertat. Ne
mo se ꝑ alium viciose excuset: sed de propria
salute cogitet: ⁊ tēpus sibi indultum fructu=
ose expēdere curet sicut ⁊ beatus paulus di=
cit. Dum tp̄s habemus: opemur bonum ad
omnes. Ille ad oēs bonum operat̄: qui strē
nue seruat disciplinam: ⁊ ceteris in cōuentu
dat bonum exemplū. Benedictus ille frater
qui in oībus se vincere nititur: quia corona/
bitur ꝓ omni quod ꝓ xp̄o patit̄. Ad tenen/
dam formā sp̄ualis discipline: beatus Pau=
lus discipulos suos diligenter exhortat̄ di=
cens. Quecunq; sunt vera quecūq; pudica
quecūq; iusta quecūq; sancta quecūq; ama=
bilia quecunq; bone fame: si qua virtus si q̄
laus discipline: hec cogitate que ⁊ didicistis
⁊ accepistis ⁊ audistis ⁊ vidistis in me. Ecce
q̄ꝫ sollicitus fuit beatus paulus ꝓ obseruan
tia discipline: ⁊ ꝓ bono exemplo posteris re=
linquendo. Nam maximū meritū sibi in ce/
lestibus accumulat: quisquis disciplinam in
se ⁊ in alijs amat.

De diuersis tentationibus ⁊ insidijs dya
boli. Cap̄. II.

Vbiq; dyabolus insidiat̄ bonis ⁊ de
uotis: maxime tn̄ religiosis personis
in ordine sub disciplina constitutis.
Idcirco primus sancte ecclesie pastor btūs
petrus fideles ammonet dicēs. Vigilate: qꝛ
aduersarius vester diabolus tanq̄ꝫ leo rugi
ens circuit querens quē deuoret: cui resistite
fortes in fide. Hinc etiā beatus iohannes in
apocalipsi clamat: p̄muniens ad cautelam.
Ve terre et mari: qꝛ descendit dyabolus ad
vos habens iram magnā. Siquidez ꝓpter
excellentiā status religiosorū deijciendā dia
bolus acrius seruos dei tentat: ⁊ frequētius
eos q̄ꝫ seculares impugnat: qꝛ inuidet glorie
sanctitatis deuotorū continēter viuentium.
Scit enim ꝙ illi altius p̄miabunt̄ in celo: q̄
purius vixerint in mundo. Vnde quanto
grauiores tentationes sustinent. si viriliter
resistunt ⁊ seipsos vincunt: tanto gloriosio=
res erunt apud deum in futuro quia fortiter
certauerunt. Ex quo dyabolus ꝓiectus est
de celo ꝓpter superbiam suam nō cessat cir=
cuire terram: querens quem prauis suggesti

onibus decipiat ⁊ vulneret ꝑ delectationem morosam ad perdendã dei gratiã: ac secũ tãdem trahat inetnã dãnationẽ. Et sicut olim temptauit primũ hominẽ in paradiso. ⁊ filios israel in deserto: ita nunc temptat ⁊ persequit̃ religiosos in claustro: vt remisse viuãt ⁊ statuta sua frangant: vt p̃latis suis resistãt et inobedientes fiant: quatenus huiusmõi cõtagijs deprauati celestem gloriã perdant: et causam contra eos habeant: vnde in iudicio grauiter eos accuset. Vigilanduz igit̃ oĩ tpe et in oĩ loco caute respiciendũ: ne desides et inermes seruos dei sathanas inueniat: quia ipse nunq̃ dormit uec fatigat̃: sed a dextris et a sinistris insidiat̃. Desides faciliter capit: ⁊ hi sunt qui parũ laborant: et bene comedere volunt. Inermes cito vulnerat: et hi sunt qui raro orant: ⁊ in corde modicũ de sacra lectione seruant. Foris euagãtes illecebris inficit: ociose stantes fabulis cõnectit: vt opera sua negligant ⁊ alios ĩpediant. Bene etiã agẽtes a bono incepto reuocat: legere vl' orare volentes dormitare facit: surgere conãtes in lectulo tenet. Nõ est locus in claustro quẽ sathanas hostis monachoꝝ non ꝑlustrat: vt vnã saltem ouiculã de grege christi rapiat et perdat. Quapropter pastor celestis alta voce cornu salutꝭ sufflat: ⁊ ouibus suis ait. Vigilate et orate: vt nõ intretis in tentationem Ac si dicat. Lupus rapax circuit tabernacula vestra: serpens antiquus callide querit foramen intrandi ad interiora cordis vestri: vt dentẽ infigat per irã: aut osculo mulceat per turpitudine. Vos aũt vigilate anĩo. ⁊ orate corde et ore die ac nocte: quia ab oĩ parte vobis instat bellũ. ⁊ nil tutũ sub celo. ⁊ aduersarij multi docti ad preliuz mittentes sagittas acutas. et laqueos abscondẽtes pedibus vestris: vt cadatis in itinere recto et a sctõ ꝓposito recedatis. Sed state firmiter et pugnate fortiter ꝑ anĩbus vr̃is. ego dñs ero vobiscũ Obs̃uate aũt caute quales imagines vobis ingerunt̃: siue de mundo sint siue de carne: ⁊ claudite ostium cordis vestri: ac signo crucis vos armate ne diabolus intret: quia tẽptare vos venit et ad consensum peccati cõtrahere: vt deum offendatis et eius gratiã perdatis. O religiosi amici dei attendite a callidis ⁊ mortiferis diaboli ĩmissionibus ne moram in his faciatis. sed mox vt sentitis motus illicitos. mentem vestram auertite. et nomẽ domini inuocate: dolentes de malo vobis ingesto: et bonam cogitationẽ de deo et spirituali materia assumite: et in cõpunctione sancta vos exercete. Sic autẽ facientes fugiet dyabolus confusus: ⁊ accedent angeli sancti vobis in solaciuz missi: qui confortabunt manꝰ vestras contra aereas potestates. State ergo in timore dei: et semꝑ circa initiũ tentationis vigilate et orate cũ gemitu cordis in spiritu humilitatis: nil grande nil laudabile de vobisipsis sentientes: sed fragiles homines et inutiles seruos veraciter vos agnoscẽtes Quicquid etiaz boni sapitis vel agitis: non vestre hoc industrie et labori. sed diuine gratie et misericordie ex integro asscribatis. Neminem tantũ diabolus timet et refugit: sicut humilem et semetipsuz despicientẽ. Et cõtra nullum tãtum preualet: sicut contra superbũ et de se presumentem. Caue ergo superbiam si non vis pati ruinam. Si non vis seduci et supplantari: noli extolli nec inaniter gloriari. Quãuis in monasterio sis vel in solitudine. non es tamẽ liber a tentatione: quia christũ dyabolus tentauit in deserto: qui erat plenꝰ spiritusancto. Qdiu ergo vixeris oportet tẽpugnare cõtra insidias dyaboli et proprias passiones. Et si interduz cessat ad modicum tempus. hoc facit ad fraudem: vt cum incustoditus fueris et laxus: subito et inopinate te prosternat. Tẽptat in choro: vt cum tedio psallas: ⁊ parum aduertas ad sensum verborum. Reducit ad mẽtem fantasmata rerum exteriorum que prius vidisti et audisti: quatenus fructum orationis tollat: et chorum tibi in grauitatem vertat. Temptat in refectorio: vt plus vel lautius comedas: aut etiam de aliquo defectu murmures. Tẽptat in cella: vt pigre labores. aut rarius ores vel modice legas: sed cito inde exeas ⁊ fabulari queras: et tardius ad cellam redeas. Temptat tempore silentij. vt verbum illicitũ proferas: et si loqui licet. mox ad inania ⁊ nociua instigat: vt conscientiam macules et fratrem tuũ offendas. Vigila ergo et ora deum semper: vt det tibi gratiam contra sathane astucias: qui tam prosperis q̃ aduersis insidiatur omnibus deuotis.

De vera conuersione ad deũ qui est summum bonum.

Capitulum. III

Multe sunt auersiones nr̃e a deo summo bono: quia ex propria iniquitate ⁊ magna fragilitate cito labimur ad inferiora et terrena concupiscenda: que nos

satiare non valent. nec etiam permanere nobiscum. Opus est ergo quotidiana conuersione ad deū: a quo sepius auertimur ad nos ipsos inordinate nos diligēdo: aut aliquas creaturas vane aspiciendo. vel etiam male vtendo: et plus de temporalibus q̄ de diuinis rebus cogitando Sepe etiā odimus per uerse salutaria et que sunt p disciplina: t affectamus habere que comoda sunt et iocunda non attendentes quid dicit ꝓscientia. t quātum displicet deo auersio nostra ab ipso ad ista caduca. Et q̄uis aliquem iustum et bonum scimus. si cōtrariatur voluntati nostre t aliquam proponit restrictionē inducere ex virtute: incipimus ei improbe resistere. et viliter de eo sentire: t dicimus q̄ sibi non sit credenduz. Et hic error in plerisq̄ religiosis inuenitur: qui contra beneplacitum dei et superioris sui sensuz appetunt prosequi intentum suum: minus ponderantes graue iudicium sibi imminere: si plus q̄ oportet in causis propꝛijs de semetipsis confidunt. Quod ex eleuatione cordis t agitatione procedit: qui in spiritu proficere conātes. ad laxationez carnis trahere querit. Non enim sufficit ad veram hominis conuersionē secularis habitus mutatio que vel vna die fieri potest: sed illa est vera et religiosa ꝓuersio: cū quis nitit vicia sua vincere. et magno feruore pro virtutibus instat. Debemus igitur quantū possibilitas admittit nos qui religiosuz habitum gerimus. cor nostruz ab omnibus materialibus et visibilibus rebus auertere: t ad inuisibilem conditoris nostri faciem contemplandam eleuare et anhelare semper ad celestia. atq̄ per singulos dies omniq̄ hora. ymo toties quoties euagatio mentis accidit prouenia humiliter supplicare: t cum propheta gemebunde dicere. Conuerte nos deus salutaris noster: t auerte iram tuā a nobis Quādo ita facimus deus libenter suscipit preces nostras. et gaudent angeli sancti in celo de nobis quia conuertimur ex toto corde ad dominum deum nostrum: qui est beatitudo omniū sanctorum. Sed sathan ecōtrario conatur ab hoc summo bono religiosam animam abstrahere. et per diuersas occasiones et tentationes eam impedire: immittitq̄ cogitationes superbie ire gule īpudicitie īuidie discordie duricie fallacie blasphemie diffidētie pusillanimitatis. inconstantie dissolutionis et negligentie. ceterorum q̄ malorum que enumerare longum est: qnatenus a celestiuz dulcedine. et angelica puritate retardet. t finitis/ mis t vanis rebus diutius teneatur: nec non vt propter nimiam difficultatem vincendi tētationes deuz querere t inuocare cesset: et sic tandem omnē spiritualem profectum t laborem pro custodia cordis quasi ex tedio boni postponat. Hec sūt opa inimici: a facie di celi proiecti. Nam cum ipse totus sit a deo auersus. machinatur omne malum contra bene agentes: et precipue cum orare et ad interiora se conuertere voluerint. atq̄ pro delictis suis deprecari. Heu neq̄ pessimus. insidiat callide omnibus bonis. Nam rethe suuz per totum munduz subtiliter texit ac latissime expandit: monachos et moniales. subditos et prelatos. solitarios et officiales circundat et tentat: vt vel vnum piscículum hamo concupiscentie illiciat. et de piscina claustralis custodie ad litus seculi trahat: vbi perviſuz aliditum. iocum et risum aliquo peccati contagio inficiat: quatenus nullus sine periculo euadat. Quapropter religiosus seruus dei vias suas diligenter custodiat: t euagatōes tam mentis q̄ corporis compescat: ne summum bonum amittat. quod cum infimis teneri non potest: sed mox vt se abstrahi et ipediri sentit ad deum per orationem et cōtritionem redeat: et cum sancto dauit oret et dicat Oculi mei semper ad dominū: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Sicut enim peccando et in creaturis delectando homo captiuatur et a deo separatur: sic penitendo ad eum reuertitur et sanatur. Nam peccando fit sordidus frigidus et aridus: sed iterū penitendo orando et flendo pro cōmissis: intus mundatur accenditur et irrigatur. Et sepe ad maiorem cautelam et rigorem seruandum: per facilitatem lapsus sui eruditur t solidatur. Ille aūt vere cōuersus est nec in vacuum nomen religiosi t habitum portat: qui seculo moritur et christo viuere delectatur: q̄ omnia opera sua et cogitationes ad deum finaliter refert: qui honorem dei et laudem nominis eius in omnibus dictis et factis suis querit t desiderat: nil de priuato amore t proprio comodo cupiēs habere: ꝑ semetipsuz cū omni bono quod fit in celo t in terra offert t eleuat: gratias immensas deo summo bono referendo. a quo omne bonū creatū descendit et emanat.

De obedientia humilis subditi erga prelatum.

Capitulum. IIII

Ad bonum subditum pertinet mandatum obedientie hilariter amplecti. et nihil de propria voluntate retinere: sed exẽplo christi in manus dei et prelati sui sponte se resignare: quia hoc est gratissimum donũ quod potest deo offerre. Caueat ergo omnis bonus subditus ne prelatum suum temere iudicet: nec vias eius curiose scrutetur: sed potius eius dicta et facta in melius interpretetur. Et si quedam minus vtilia apparẽt et aliqua defectuosa in eo reperiũtur: non despiciat nec arguat eum: sed excuset et pie tolleret: et charitatiue si ita conuenit ãmoneat: aut paterne obsecret per se vel per alium magis ydoneum. quia magnũ onus super se habet. Sepius etiã pro eo secrete oret: vt deus eum custodiat et confortet: cum nullus sit in tota domo qui tantam quotidie sollicitudinẽ pro omnibus gerat. Raro nãq; inuenit̃ prelatus: qui posset cuilibet satisfacere vel placere pro voto. Ideo iuuari debet a subditis et honorari: atq; portari ab omnibus et excusari coram infirmis: qui cito suspicãtur dum ipsis resistitur ⁊ aliquis negatur. Ipse est vtiq; qui om̃s tollerare habet. ⁊ in ore omniũ ventilatur: cui et facile imputatur quod male gestum est: aut neglectum estimatur. Sed hoc virtuosorum non est. imo emulorũ studium: qui querunt in prelato qd̃ reprehendãt. Nõ est credendum ei nec consentiendum: qui superiori suo detrahit. ⁊ ad resistendum sibi rationes querit: nolẽs acquiescere vicario xp̃i: qui loquitur ex ore dei ꝓ salute subdidi sub potestate presidentis cõstituisti Nam multũ superbe sapit et periculose agit: qui pertinaciter in sensu suo abundat: vt proprium videre ordinationi prelati sui preponat. Sed qui meritũ sancte obedientie attendit. et obediẽtiam christi et sanctorum vitam pensat: absq; mora et inusitatione verbum sibi mandatum implere satagit. nec curiose discutit: sed etiam quod friuole sonat. propter virtutem obedientie dignanter capit: ⁊ ad profectum anime sue conuertit. Hoc enim valde laudabile est et honestum: et inter opera meritoria summe meritorium: et conscientie proprie magis securum. Subditorꝝ est humiliter acquiescere consilijs maiorum: ⁊ sine recalcitratione obedire prelatis. Hoc pro magna sapientia tenet de propria sapientia nihil habes: et simplicem obedientiam omnibus rationibus et priuatis rebus prefers. Qui hoc facit deo placet: ⁊ prelato suo charus erit: qui pro eo rationẽ reddet. Talis subditus multum alleuiat onus prelati sui: ⁊ prouidet sibi optime in futuro: ne sb̃ graui discrimine cadat in iudicio coram deo. Qui vult summe perfectioni cito propinquare: studeat ante omnia obediẽtiã seruare. Magna et egregia virtus simplex ⁊ pura obediẽtia: nesciẽs tarda molimina nec parens argumẽta: s̃ implens iussa sine querela. Ideoq; magna ei debetur corona: ⁊ cum martyribus percipiet palmam: quia certauit fortiter et subegit naturam. obediendo vsq; ad mortem. Quoniãquidem fortissimũ vincendi genus est. semetipsum perfecte vincere et abnegare propter obedientiam: que monachorum est laus maxima: ⁊ omniũ religiosorum corona pulcherrima. O felix ⁊ venerabilis obedientia: q̃ꝫ p̃dicauit et seruauit iesus christus dominus noster eterna patris sapientia dicens. Quia descendi de celo nõ vt faciam voluntatẽ meam: sed voluntatem eius qui misit me. Et cum iret ad locum passionis: ita orauit cum ab negatõe proprie voluntatis. Pater si non potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Hanc etiam promptissime exhibuit et plenissime expressit beatissima mater iesu v̄go maria: his verbis dicens ad angelum. Ecce ancilla domini: fiat mihi s̃m verbum tuum. Sic decet omnino. sic debet niti facere et etiã dicere bonus subditus coram prelato suo cum humilitate et reuerentia. Ecce pater. sicut dicitis et cõsulitis: ita libenter faciã pro viribus meis Hec namq; virtus prefertur victimis et donis: hec preterita mala delet. a futuris custodit. penam laxat: et ab eterna dãnatione saluat. Per hanc fit homo dilectus deo: et tam familiaris christo: vt frater eius esse mereat̃. Quicunq; inquit fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater et soror ⁊ mater est. O q̃ꝫ preciosa est hec virtus in subditis: vt securi coram deo appareant de culpis sibi obiectis. Qui hanc elegit et tenet: recto cursu ad patriã tendit. quam adam ⁊ eua inobediẽdo amiserunt: sed christus ⁊ maria pro nobis obediendo recuperauerunt. Hec sancta et simplex obedientia plus prodest q̃ꝫ alta doctrina: vtilior est q̃ꝫ potentia: et securior q̃ꝫ dignitas aut prelatura. Q̃ si cum scientia et dignitate inuenit̃ obedientia: multum cõmendanda est illa anima: et magni meriti

inter sanctos reputanda. Exemplum perfecte obedientie claret in abraham patriarcha qui sua ac demũ vnicum dilectum filium immolare paratus fuit: propter quod celesti voce benedici meruit: et pater multarum gentiũ nominari: atq; per omne seculum honorari. Ad hanc sane obedientie vtilissimam virtutem beatus paulus hortatur scribens ad hebreos. Obedite inquit prepositis vestris: et subiacete eis Ipsi enim perui gilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris: vt cũ gaudio hoc faciant et non gementes. Hoc enim non expedit vobis. Hanc sanctam obediẽtiam que ad salutẽ maxime est necessaria comendant veteres ac noui testamenti plura testimonia et sanctorum deuotissima exempla. Hanc leges et iura dictant maioribus et prelatis exhibendam cum humili subiectione et reuerentia. Cogitet ergo cui graue est obedire. et qui sepius nititur se excusare. aut callide ab obediẽtia subtrahere. quales subditos vellet ipse habere: quia vtiq; bonos et humiles. et non rebelles. Igitur studeat tam esse talis ad suum prelatum: quales optaret habere si eligeretur ad presidendum. Discat primitus alteri humiliter subesse et reuerẽter obedire: vt dignus sit alios instruere. et vtiliter regere possit: ne maiori periculo stringatur: si hoc ab alijs exigit qõ ipse minime impendit. Quomõ enim potest seruari status religionis et regimen domus in claustris: nisi omnes subditi obediant prelatis suis: Mã si omnes regere volunt et quilibet agere contendit quod ei placuerit: erit cõfusio magna et turbatio frequens: peribit disciplina et crescet dissolutio: abcedit timor dei: et libertas carnis regnabit. Vbi enĩ obedientia non curatur et prelatus parum reueretur: ibi bonũ regimen annullatur.

De custodia cordis et reditu ad interiora. Capitulum. V

Quamuis de facili homo ad exteriora sit inclinatus. et libẽter capit aliq; ꝓsolationem a creaturis apetitu sensualitatis: tamẽ niti omnino debet redire ad seipsum per contritionem spiritus: ne perdat maiorem gratiam intus. Nam efficitur vagus et lubricus: si sequitur affectiones suas in curiosis rebus vidẽndis et habendis. Igitur semper sta super custodiam cordis tui: et ad interiora tempestiue redi. etiaz violenter te compelle intrare ad cordis secretum: quia cum intus non est pax: non erit tibi quod qd foris hauseris in terrenis. Multum valet pace et custodia cordis: si exteriora tua discrete ordinaueris. et quedam exercitia spiritualia apud te conseruaueris: vt scias quando legere quando orare. quando operari quando meditari quando tacere quando loqui. quando solus quando cum alijs debeas vt omnia in tempore suo cum bona deliberatione facias: et nullo tempore a sancto opere et pio exercitio vaces. Quedam omnino fugere debes: vt fabulas leues et seculi rumores homines seculares mulierum allocutiones: iuuenum familiaritates. amicorum visitationes. hospitum salutationes: quia ista distrahunt mentem et maculant conscientiã: et qui talibet delectatur: ab internis bonis minoratur. Quedam sunt fortiter tenenda: vt rigor disipline in silentio et ieiunio. in vigilijs et alijs laboribus ad castigationem corporis pertinentibus: quia nisi corpus sub freno subiectionis contineatur fit spiritui contrarium et multas tentationes in anima suscitat vnde intellectus hominis excecatur: et feruor deuotionis refrigescit. Sunt quedam patiẽter tolleranda: vt defectus temporaliuz damna verberum. vexationes aduersariorum. egritudines corporuz. mores imperfectorum. austeritates verborum subtractiones solatiorũ et afflictiones amicorum: in quibus homo probatur. et tanq; in igne purgat: et si bene vtitur istis contrarietatibus: cedent sibi ad meritum eterne retributionis. Sunt etiam quedam cito respuenda: vt aperta vicia et peccata: dei preceptis et virtutibus contraria. Interdum aliqua latenter se ingerũt sub specie licite dispẽsatõis: qñ tñ cupiditas vel tepiditas agitat negocium vltra necessitatis terminum: vbi cauendum est seductionis venenũ. Igitur secundum sapientis consilium. omni custodia serua cor tuum: ne aliquid impurum intret quod deum offendat. Si te sentis aliquo vicio moueri. adhibe tempestiue remedium: ne diutius differẽdo passio crescat et deterior fiat. Non est vicium taz graue qm curari possit si vulnus aperiatur: et spiritualis medici consilium requiratur. Sed aliud est scire remedium. aliud adhibere remediũ. Multi sciunt quid agendum sit quid ve cauendum: sed non adhibent diligentiam ad cordis oriq; custodiam: ideo ex leui occasio

ne trahuntur ad consueta vicia. In hac vita que tota tētatio dicitur oportet quotidie certare ⁊ firmiter proponere. et gratiā diuinam implorare: donec status huius lubrice vite ⁊ intestini certaminis fuerit finitus. Non inuenitur hic aliquod remedium quo plene omnes viciorum morbi sanent: ita ꝙ nullus motus cōcupiscentie sentiatur: quia hoc future beatitudinis est donum sanctis promissum. Sed tamen gratia dei iuuante possunt mali motus refrenari: ⁊ occasiones peccandi vitari: atq; macule contracte p singulos dies penitendo lauari. Magnus labor est custodire ab irruentibus vicijs: et non affici ad aliqua sensibilia foris. Aut enim creator te mouet aut creatura. ⁊ secundum statum mentis mouentur leuiter corporis membra: et nihil fit in verbo vel opere: quod ex radice cordis non procedit. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: et malus profert malum ait dominus. Debes ergo maxime vigilare circa custodiā cordis: ⁊ considerare quales cogitationes et affectiones intus geris vt malas cito respuas et bonas assumas: ac de vtilitate anime tue semper solicite pensare iuxta illud prophete verbum. Anima mea in manibus meis semper: ⁊ legē tuā non sum oblitus. Si hoc fecit dauid sanctus ⁊ rex terrenus. curam totius regni possidens: quātomagis religiosus deo professus omnibus curis terrenis neglectis. debet habere anime sue salutem pre oculis: Ad puritatem cordis valde iuuant solitudo ⁊ silentium: studere legere orare meditari. ⁊ nil velle scire de statu mundi: quia sepe plus nocent mala audita: q̄ bona prosunt in libris lecta. Vix enim reperitur actio tam bona: cui aliquid mali nō admiscetur. Et in omni verbo vel facto aduersarius tendit laqueos: vt ab interna vacatione mentem retrahat. Mouit quippe cor humanū: quia si non delectatur in bono: cito labitur in malum.

De custodia oris et exercitio laboris. Capitulum. VI

m Agnam ori tuo custodiaz adhibe: qr de omni verbo ocioso oportet te reddere rationes. Qui non refrenat linguam suaz ait iacobus apostolus: huius vana est religio. Nam ex icustodia lingue. multa mala solent prouenire: a quibus homo taciturnus liber est. nec indiget culpam confiteri. Velis ergo libenter tacere et ab ociosis verbis te cauere: quia longa fabulatio deuotionem extinguit dissolutionem generat tempus male expendit. conscientiā ledit: et alios offendit. Silentiū est antiquum statutum religiosorum a sanctis patribus introductum et cum multa diligentia custoditū. Qui hoc leuiter frangit: deum et omnes sanctos graiter offendit. Christus dixit. Sit sermo vester est est: nō non. Quod amplius est: a malo est. Breuiter ergo ⁊ plane loqui docuit q̄ licet: sed quando non licet tacendum est. Si vis bene seruare silentium. fuge publicum: ⁊ vade in secretum locuz vt ores vel ad cellam vt legas vel scribas. Melius esset q̄ legeres vnum psalmum vel orationem dominicam pro peccatis tuis vl̄ amicis: q̄ sic stares fabulando de materijs vanis. Nō est vera recreatio dicenda ociari et fabulari: sed magis execratio nominanda: quando opus dei negligitur. et nuge recitantur. Vade ergo ad op⁹ tuum. et labora in vinea dei pro denario eterne vite: ne tibi imporperet paterfamilias q̄ hic stas tota die ociosus. Laudat scriptura bene operātem: remunerat christus seruum fidelem: arguit pigrum ⁊ negligentem: iubet ab eo tolli gratiam concessam: ⁊ dari eam feruentius operāti. Veniet namq; tempus quā do non poteris amplius operari: nec vnum quidem verbum loqui pre infirmitate. Hoc modo debes precogitare: et semper de extrema hora pauere: ne vacuū te inueniat. Vnde dominus iesus discipulis suis dixit. Me oportet opari opera eius qui misit me donec dies est. Venit nox quādo nemo potest operari. Q̄diu in mundo sum: lux sum mundi. Accipe ergo exemplum bona operādi a xpō iesu. a sancto paulo. a sancto anthonio a sancto patre nostro augustino. a sancto hieronimo. a sancto benedicto. a sancto francisco a sancto dominico. ⁊ ab omnibus sanctis patribus. qui regulas monachorum scripserūt: et religionem instituerunt. Reuera multum isti in ordine laborauerunt: ⁊ pro vita eterna duriter corpora sua castigauerūt: in ieiunijs

multis.in solitudine et silentio.in vigilijs e oratiõib⁹. aljsq; sacris deo placitis obseruã tijs et laboribus domino seruientes. Quid igitur? Estimas q; tu fabulando et hinc inde spaciando obtinebis gloriosissimã coronam quam sancti dei adepti sunt sanguinem suũ fundendo. nec non grauissima tormenta tol lerando? Nequaquã. Sed nisi penitentiam egeris ait dominus iesus penitentiam pre/ dicãs:omnes simul peribitis luce tredecimo Dura sententia: sed vtilis pro emendatione tua et disciplina seruanda. Emenda ergo vi tam et non timebis penam:sed gloriam ha/ bebis eternam.

De re commendatione celle ꝛ solitudinis Capitulum. VII

Q Vi cellam amat ꝛ libenter in ea com morat:a multis peccatis et tẽtatio nibus custodit. Quanto studiosius inhabitat:tãto plus placet ꝛ amatur. Quã to negligentius seruatur et rarius intratur: tanto magis horretur et fastiditur. Bene illi qui eam diligit ꝛ incolit:quia vnctio spiritus sancti eum docebit. Btũs cui inhabitare cel lam donatum est:et qui vsq; ad terminũ vi/ te sue in ea perseuerat. Ve illi qui leui occa/ sione eam deserit.et cui extra manere placet: quia cito seducetur ꝛ capiet et ledet. Multi quia eam studiose non custodierunt: per va rias occasiones inter seculi actiones proiecti sunt et male perierunt. Heu q; tamdiu in ea perseuerare nequiuimus.donec fructũ matu rum ex ea percipiamus. Sic se homo debe/ ret tenere:quasi quotidie iturus in sepulchr; Nam tali homini non est cella fastidium: ꝑ pacis domicilium Et sicut stabili homini cel la est paradisus:ita vago carcer videt et cip pus. Bonum tamen est et laudabile: si quis velit ibi propter deũ incarcerari. Nam plu res sancti martyres propter iesum incarcera ti et vincti fuerunt. Elige ergo ibi sponte li gari: vt sanctorum meritis possis coequari. Liget te potius timor dei q; ferrum: et chari tas magis q; indicta necessitas. Si nõ amor saltem timor dei te coerceat. Non es male li gatus:si timore inferni compunctus pro pec catorum tuor; penitudine te incluseris. Ma le ligati sunt:qui corde et corpe euagari que runt. Bene ligatus est.qui deo professus est: et extra cellam ire inclinatus non est. Si vis in ea durare:nũq; sis ociosus. Accidiar ociũ expellũt:monachũ vbosum de cella. Amãs silentium et operans cum quiete: bonus erit custos celle. Si tedium passus fueris. ꝓ chri sto agoniza: nec patiar; te expelli ex leui cau sa. Si manseris stabilis:cito vertetur carcer tuus in paradisus voluptatis. Sancti in car ceribus pro christo detenti. ab angelis fetis frequenter sunt visitati:et abundantius con solati. Tu quoq; si te in cella patienter pro christo clauseris. veniet tibi cito deo miseran te lumen celitus:bone conscientie gaudium. ꝛ magnũ spiritualis profectus lucrum. Qui in cella residet:a multis piculis liber ẽ. Qui foris vagatur: innumeris periculis patet. Bona celle nequeunt sufficienter explicari: sicut nec detrimenta extra vagantiũ Custos celle.custos est lingue: non audit detractio/ nes non percipit rumores: nõ videt vanita tes.nõ trahitur ad leuitates. Bonus cellita aut legit aut orat aut gemit aut meditat:aut scribit aut corrigit libros: aut aliquid aliud boni operatur. Bonus cellita ciuis est celi: amicus dei.socius angelorum. cognitor secre torum.inspector supernorum. victor tentatio num.expulsor demonum.bellator vicio;um contemptor mundanorum: neglector curar; possessor quietis obtentor pacis. amator scri pturarum:speculator veritatis. gustator pu ritatis.continuator orationis: collector san/ cte meditationis. ꝛ destructor omnis euaga tionis. Cogita deum et te solum esse in mun do:et habebis magnam requiẽ in corde tuo Memento quia angelus inuenit mariam in camera sua orantem: non foris cum homini bus loquentem. Nam qui appetit celestia se/ creta cognoscere: oportet eum ab hominibus elongari. Sic enim moyses fecit:qui relictis hominum turbis mansit solus cum domino in monte: vt legem domini susciperet mereretur. Hec quando; perlege: vt dulcescat tibi inhabitatio celle.

Poznań

De choro diuine officio peragendo.
Capitulum. VIII.

Chorus est dei ⁊ sanctorum angelorum locus sacratus: vbi diuinus agitur officium presentibus ecclesie ministris: cum reuerentia ⁊ deuotione psallentibus. Sicut angeli in celo: sic religiosi ordinati sunt in choro. Opus angelorum est deum semper laudare: opus religiosorum est intenta mente psallere ⁊ orare. Sic sta i choro ⁊ canta: quasi in medio angelorum stares Recordare dilecti domini tui ihesu in presepio iacentis: aut in cruce pendentis aut in celo ad dexteram patris sedentis: tanq̄ coram eo assisteres ⁊ cantares. Ipse sit in corde tuo et in labijs tuis. ad pronunciandum aperte ⁊ distincte verba spiritussancti: cuius ope ⁊ arte diuinum officium ordinatum est. Statue ihesum ad dexteram tuā et Mariā ad sinistram tuam: ⁊ omes sanctos in circuitu eorum. Omnes fratres tui sint tibi tanq̄ angeli dei. Et cum quibus nunc psallis in terris: spera etiam de cantaturum in celis. Vita pura ⁊ conscientia libera: gaudet in diuinis. Vagus et tepidus homo: cum tedio psallit ⁊ somno. Si viceris accidiam et corde euagationē restrinxeris: viam deuotioni paras: et semper in fine gaudebis. Mul/te cure suffocant verbum dei: ⁊ longe locutiones faciunt distractionem mentis. Quid/quid homo ante exercet: hoc sibi frequenter postmodum in oratione occurrit. Inimicus ibi non venit: nisi vt zizania superseminet. Deuotus choralis soli deo ⁊ sibi intendit: tāq̄ in celesti choro translatus ⁊ eleuatus esset Finitis his que in diuino officio celebrātur. non statim te effundas ad exteriora: ne perdas gratiam quam consecutus es orando: sed potius post vota labiorum tuorum te colige et in maiori gratiarumactione ab omni strepitu solus permane. ruminando que audisti cantare. Quid prodest vna hora deum laudare: ⁊ altera secularia ⁊ inania ptractare? Moli precios̄um fructum orationum tuarum. et laborē diuini operis: pro vilibus expone re iocis ⁊ nugis. Nam cito perit deuotio: que nō custodit sub silentij freno. Quādo autem tedium sentis ex longiori officio: pensa quia isto finito euolabis ad celum Et si hoc te non iuuat: memento quia leuius est tribus vel quatuor horis vigilare ⁊ cantare q̄ vna hora in purgatorio ardere. Magni quidem meriti est sacris canonicis horis interesse: ⁊ laudes dei alacriter cum multis fratribus persoluere in ecclesia sua. Et si non possumus sine intermissione orare aut cum perfectis contemplari: debemus tamen certis horis ad hoc deputatis omnem diligentiam adhibere: vt intētē ⁊ deuote psallamus Neq̄ enim in tam sancto opere tibipsi solus proficit eternam a domino mercedem pmerendo: sed etiam cunctis christi fidelibus. et precipue animabus defunctis prodesse potes: gratiam ⁊ veniam in quotidianis horis et missis implorando: ⁊ tanto plenius: quanto sepius et feruentius pro omnibus oraueris. Nam ⁊ pro quolibet verbo attente prolato iusto premio nō priuaberis. Quicquid etiam negligenter persoluis: inde districte punieris. Non enim est leue peccatum in p̄sentia dei et sanctorum vago corde stare: et ad sacra verba patrum attendere. Heu quāte irreuerētie est ib i inania dicta vel facta reuoluere: vbi omnibus pretermissis negocijs solum diuinis congruit intendere actionibus ⁊ secretis. In hoc cognoscitur verus et internus religiosus. si in dei laudibus fuerit feruenter intentus: si nil cogitare libet aut agere q̄ ea que deo maxime placent: et cum angelicis spiritibus communionem habent Et hoc est semper orare deum scilicet ex toto corde laudare benedicere et glorificare. quemadmodum dauid in psalmo dicit. Benedicam dominum in omni tempore: semp laus eius in ore meo. Qui ergo a dei laudibus torpescit aut tacet aut se absentat: non est amicus dei nec ciuis celi: quia angeli semper in laudibus dei sunt: ⁊ voce cōsona. sanctus sanctus sanctus in laudem summe trinitatis cantant Qui etam aues celi recte nominantur: quia alarum suarum sonitu ad cāndum nos hortantur. Inter omnes operationes anime fidelis non est tam fructuosus labor. et tam acceptabilis deo seruitus: sicut frequenter deuote orare. et deum toto cordis affectu laudare. Ue igit illis qui diuino amore non calent: sed ad extraneas fabulas se conuertunt. qui nec orant nec alios orare permittunt: ⁊ vbi peccata sua emendare deberent: ibi veteribus malis noua super addunt. Tales sunt qui ecclesiam tarde intrant ⁊ citius exeunt: qui breues missas diligunt. ⁊ longas epulationes exercent: qui sa

turati. lusibus delectantur et iocis: ⁊ pro beneficijs dei breues gratias vix debite soluũt eo ꝙ plus corpus ꝙ animam pascere gaudent. Non sic faciet bonus religiosus dei seruitio mancipatus: sed memor omnium beneficiorum dei que a seculo sunt cum ihesu studeat pernoctare in orationibus. hymnos et psalmos canendo. sacras hostias offerendo et deuotis meditationibus insistendo: et cor suũ ad deũ semp erigendo.

De discretiõe in omni spirituali exercitio seruanda. Capitulum. IX.

Seruus dei cum discretionis moderamine omnia agere debet. Stude ergo viam regiam tenere: vt neꝙ nimis laxus ad carnem nec nimis rigidus per feruorem corruas ante finem. Si vis stabilem bene viuẽdi ordinem seruare: inter duo extrema per medium iter intercede: vt nihil per arrogantiam vltra vires attemptes: et que comode agere prevales per inertiaꝫ nõ omittas. Nõ requirit deus a te corporis destructionem: sed viciorum refrenationẽ. Nõ exigit aliqua impossibilia: sed saluti tue vtilia. Dat sana consilia: prouidet vite necessaria: vt bene vtaris corporis seruitio ad animẽ profectum: ⁊ in nullo excedas discretionis modum. Nam hodie currere ⁊ cras lassus iacere: non est in via dei proficere: sed seipsum confundere. et profectum impedire. Nunc nihil velle habere. ⁊ cras superflua sumere: non est paupertatem diligere: sed cupiditatem fouere. Nunc necessaria recusare et cras singularia querere: non est abstinentiã facere: sed gulam excitare. Nunc apposita nolle comedere. et cras de defectu ciborum murmurare: non est abstinẽtis anime signũ. sed impatiẽtie monstrum. Nunc tam multũ legere aut scribere: vt dolor capitis sequat: non est animam pascere: sed impotentez ad alia bona opera reddere. Hodie nihil loqui et cras dissolutum fieri aut silentium frangere: non est zelum ordinis habere: sed multos in ordine scandalizare. Hodie tam alte cantare vt cras nequeas resonare aut vix os ad cantandum aperire: non est deum laudare: sed alios in choro turbare. Quicquid modum excedit et discretionem non tenet: nec deo placet nec diu durare solet. Necessariuz est ergo in omni spirituali actione ad perficiendum opus debite inceptum. vt cõmunem serues institutionem. ⁊ singularitatis caueas notam: atꝙ in dubijs et obscuris causis superioris sequeris consilium: ⁊ cum discretionis moderamine. obedientiaꝫ custodias sine fictione. Sed in summo deuotionis gradu posse consistere: nõ est fragilitatis humane: ⁊ nimis ad exteriora declinare ⁊ terrenis inuolui. non est profectus hominis spiritualis: sed perditio totus religiositatis. Nõ si speciali gratia fueris a deo visitatus ⁊ inebriatus: hominem te noueris esse non angeluz: carnis sarcinam adhuc gerere nõ anime stolam: datam gratiam recole nõ innatam. Caue igitur ne velis sapere plus ꝙ oportet sapere: sed gaudium tempera timore: nec velis altiora presumere: ne postea humiliatus desperatione frangaris. Cum exterius laboraueris ⁊ necessaria negocia tractaueris: non totus inuisibilibus defluas: sed frequẽti meditatione te sursum ad deum erigas. Pensa ad quid exteriora ista fiunt ⁊ exercentur: qa seruum dei iuuare debent nõ impedire: quatenus terrenis bene moderatis. ad eterna et inuisibilia facilius tendatur. Vt autem virtutem discretionis in operando. ⁊ donum sapientie possideas in vacando: melius hoc impetrabis deuote orãdo. ⁊ humiliter a deo petendo: ꝙ propꝛie industrie vel labori confitendo.

Oratio de felici consumatione in virtutibus. Capitulum. X.

O te domine pater sanctissime qui omnia in numero ⁊ pondere et mensura fecisti: qui famulatum tibi debitum ab omni creatura rationali vis exhiberi: ⁊ precipue in seruis tuis spontaneum seruitium diligis ⁊ exquiris: dirige actus meos spontaneos in beneplacito tuo. ⁊ ad imperium eterne dispositionis tue. rebelles motus carnis mee reflecte: propꝛiasꝙ volũtates ex integro frangere mihi concede. Sic ordina cunctas affectiones meas. vt malas statim ab initio respuam: bonas fortiter teneaz. puras diligam: teꝙ sine corporea imaginatiõe ꝓtẽplari discã. Sic tẽpera vires meas ⁊ opationes exterius. vt nõ totus inhereã infimis: sed semper potens sim me conuertere ad interna: ⁊ sine graui contradictione ascendam ad celestia. Sic me cõserua in eternoꝝ desi-

derio.in amore sanctarū virtutū.in fruitio/ ne celestiū: vt tu dñe deus ampliorē inde ha beas honorem:t ego salubriorez profectum suscipiā. Non mihi veniat ex tua visitatiōe pes superbie:nec me vexet pestis vane glo/ rie. Non me sinas sathane decipi illusione: neq; falsa rapi dulcedine:nec pauata deuo/ tione extra cōmunitatem recedere. neq; im moderata frangi exercitatione: sed da mihi cuncta cum discretione agere.sine solerti cō silio nil p̄tēdere:cum timore t reuerētia ma iestatis tue in conspectu tuo munde ac libe re sine omni passione t corruptibilium rerū affectione incedere. Da humilem et quietuz spiritum possidere:effusum et immoderatuz nunq; esse:nulli quoq; creature vicioso affe/ ctu inherere. ℣ tibi soli cor meū mōm t tran/ quillum conseruare: vt semper ad celum mē te erectus et tibi deo meo secrete intentus.a nulla re visibili capiar:sed verus mundi cō/ temptor permaneam. Sic exteriora pro lo/ co t tempore da congruēter perficere: vt nul lum interioribus meis sint detrimentuz: sed omnis labor t actio pro te assumpta:ad libe rius postmodum vacandum iuuamen mihi p̄sentent et ducatum.omne etiam quod ago exterius. aut quicquid interius intelligere possum:da mihi simpliciter t pure pro amo re nominis tui honori t beneplacētioris vo luntatis tue amore perficere:meq; ipsum ti bi in omni re desiderabili aut nature contra ria prompte resignare:patienter quoq; p̄/ sentis vite sarcinā quoadusq; iusseris t mee vocationis terminus venerit perferre: cor/ pus quoq; t animam tibi creatori meo fide/ liter cōmendare. Memento mei deus in ho ra extreme necessitatis: et fac misericorditer cum seruo tuo: qui non in meritis meis sed in tua miseratione t pietate confido.

De charitate dei t proximi et odio vicio/ rum.
Capitulū.XI.

Deus est beatitudo anime: nec vllo bono creato fit anima beata nec ve/ raciter sapiens: nisi deum super om nia amando. et omnia infra deum ex corde vilipendendo. Unde paulus dicit. Omnia arbitratus sum vt stercora: vt christum lucri faciam. Charitas nobilis est virtus t ex deo nata: que animam quam replet celestem fa/ cit. t mundo alienam. Charitas odit vicia. damnat delicias: persequitur malum. t vim facit nature: vt vincat quicquid deo t virtu tibus est contrarium. Sicut aqua et ignis contrariantur: sic charitas dei t amor mun di non sociant. Quātomagis seipsum quis vincit. t defectus suos emendat: tanto plus amor dei in eo crescit: t carnis affectus mar/ cescit t decrescit. Qui male se habet et de hō dolet. sed incorrigibilis manet: ledit cha/ ritatem t dissipat bonum pacis. Non est ap tus ad concordiam. nisi qui relinquit suos p uersos mores: quibus offendere potest deū t secum habitantes. Si vis habere charita/ tem dei. t seruare pacem inter fratres: fran/ ge propriam voluntatem t nihil age per ela tionē: sed in oībus humilia temetipsū. Via ad charitatem: est descendere per humilita/ tem. Nam qui elate de se sentit: longe a cha ritatē recedit. Sepe putatur eē charitas: t est magis carnalitas. Libenter bibere vi/ num. et loqui cum feminis: caro est. Laute comedere t ornate vestire: caro est. Diu fa/ bulari t parum operari: caro est. Raro ora/ re t frequenter foris vagari: caro est. Ad mē sam festinare t ad ecclesiam tardare: caro est Ille veram probatur habere charitatez: qui fundit⁹ odit mundi vanitatem: t carnalez fugit familiaritatem. Sancta quippe charitas non querit in hominibus solacium terre num: sed spiritualem profectum. Nam ani/ mam potius pensat ad dei imaginem factā: carnem vo ad malum procliuam refugit vt sibi nociuam. Charitas non potest dici vbi zelus non est iusticie: nec feruor discipline. Quisquis deum t proximū veraciter amat iniuriam dei t animarum damnum dissimu/ lare non debet. Pax cum virtutibus bona est: cum vicijs vero nunq; sed semper mala. Ibi est bonus status t pax in domo: vbi de fectus emendantur t vicia cito resecant.

De abstinentia t castitate.
Capitulum. XII

Brius victus t potus: sanitas est anime t corporis. Inopia rerū: pau pertatem docet amare. Rara virtus continentia in delicijs. Abundantia tempo ralium occasio est iurgiorum t mater vicio/ rum. Tutior est castitas in paupertate: q̄ in diuitijs multis. Corpalis egestas: medici na est aie fidelis. Dolor cordis prohibet ri sum: t timor dei oculos claudit petulantes. Sicut nocet visus impudicus: ita impedit

auditus de inhonestis. Cauendū est anime sancte de corporis propinquatione: quia caro cito afficit carnem. Diligere pulcra t appetere mollia: non est pro virtute castitatis: Qui autē abiecta t amara amplectitur propter castitatem: potest facilius vincere carnem. Quanto enī caro plus premitur: tāto spiritus plus eleuat. Qui se elongat ab omni tactu corporis: percipiet in anima suauitatem castitatis. Qui diligit solitudinez: purior erit a sorde mundanorū. Qui reputat corpus suum carcerem esse anime: nō curabit illud ornare nec ostentare: quia cito conuertetur in lutū t fetorem. Exteriora hominis cōsiderare t ī pulcritudine vel fortitudine gloriari: vanissimū est t viciosum. In multa abstinentia t castigatione corporis conuersati sunt sancti: t pro afflictione p̄senti receperūt cōsolationez spiritussancti. Non est dignus a deo consolari: qui in transitorijs bonis delectatur. t de penuria contristat. Qui patiēter sustinet laborem t dolorē in seruitio christi: recipiet plenā mercedē etiā pro minimo passo. Castitas multos habet impugnatores: sed qui veraciter se humiliant. t deū adiutorem solicite querunt. ac sensus suos caute custodiunt: victoriam christo duce obtinebunt.

De vtili exercitio in vita et passione christi. Capitulū. XIII.

Optimū exercitium t suauissimuz solaciū quod in hac vita potest habe/ri est vita t passio dñi nostri iesu x̄pi quia tam in vita actiua q̄ cōtemplatiua perfectissime hominē docet sine errore t multis argumentis: quod in alijs scientijs raro inuenitur. Igitur firmissima t tutissima via ad perfectionē t mentis illuminationē atq; eterne vite introductionē t conformari filio dei in oībus virtutibus et moribus suis. Disce ergo ad eius amorē e honorē cuncta exercitia tua trahere t ordinare: et tanq; p̄sentem iesum in omni loco t tēpore attende: et cum multa reuerentia t singulari deuotiōe ad auditionem t prolationez dulcissimi nois eius iesu caput humiliter inclina. genua flecte: et cum oībus angelis t archangelis t vniuerso cetu sanctorū. maiestatē eius atq; diuinitatem adora: benedic t collauda. Et hoc est christū per fidē t dilectionē habitare in corde tuo. oculos mentis ab eius imaginatōne nunq; auertere. ad eius beneplacitum semp tendere. t nihil eius amori preponere: ꝑ quic quid boni audieris vel legeris aut feceris in ipsum totaliter reducere et finaliter referre: quia ipse est fons vite t sapientie t disciplinē: apud quē nō perit nec minima cogitatio de eius memoria habita: nec vacua erit oratio ad eum cū gemitu fusa. Conforma ergo te sanctissime vite iesu eius paupertatē humilitatē patientiā t contemptū in hoc mundo pro tuo modulo imitando. Pensa qualiter ab initio sancte natiuitatis sue vsq; ad exitum mortis in cruce pro te laborauit t pro te sustinuit. t se totum tibi impendit: quod nullus angelorum nec aliquis sanctorū fecit: vt merito super omnia diligendus sit t sine intermissione recolendus: ac summo cū honore venerandus. Istud beato Paulo sapuit super omnē sapientiā t doctrinam: cogitare scilicet iesum christū et hunc crucifixū. Et si alia multa nouerat vel legerat: nil tamen ea estimauit. ob eminentiā passionis t charitatis christi: que tanta est vt nulla creatura possit digne deo pro minimo puncto regratiari Ideoq; omnibus postpositis rebus mūdi t subactis carnis passionibus: dicebat idē deo iaz plenus. Mihi viuere christus est: t mori lucrum. O dulce et salutare verbum: nunq; obliuioni tradendum. O felix t sancta anima que hoc dicere potest: cui christus totum est quicquid viuit quicquid sapit: quicquid legit. quicquid intelligit: quicquid credit: quicquid sperat: quicquid amat: quicquid cogitat: quicquid loquit: quicquid boni operat. Vere viuit t beate viuit: cui christus est omnia in oībus t super omnia singulariter dilectus: qui magis in x̄po q̄ in seipso manet: nihil de seipō tenens. sed in christo dulciter ac fruitiue quiescens. Sic viuere est christo viuere: t hoc est sibipsi mori. t a seipso deficere t maxime lucrari: q; hoc est mortē perdere t vitam eternam inuenire: in christo iesu dño nostro. Talis anima licet adhuc sit in mundo t carnis nube tecta. et diuersis molestijs pressa: tamen sursum mente habitat in celo: vbi christus est in dextera patris sedēs. Ad quem quotidie suspirat. desiderat q; tendit: et donec obtineat. laborare et orare non desistit.

De cōmemoratione t inuocatōe beatissime virginis marie. Capitulum. XIIII.

Gloriose virginis marie benedicte matris iesu memoriā agere per omnia decet: cuius meritis precibus q̄/

tidie te recommendare debes: ⁊ ad ipsam in cunctis necessitatibus confugere: sicut filius plagis percussus ad matrē suam dilectam. Nam dulce nomen Marie fiduciam donat inuocanti ⁊ nominanti. Et consequenter parata est loqui verbū bonum ad filium suum iesum pro anima tribulata ⁊ miseriam patiente. Nisi enī maria quotidie cum sanctis in celo pro mundo oraret: quomodo mundus adhuc stare posset: qui tam multis peccatis deum offendit. ⁊ tam parum se emēdat? Inuocanda est ergo maria ab omnibus christi fidelibus: a iustis ⁊ a peccatoribus. ⁊ precipue a religiosis ⁊ deuotis personis: qui continentie propositū tenent ⁊ per sancta desideria ad celestia anhelant: ⁊ nihil cum mundo habere agere volunt. Sed quid petendum est? Primuz pete indulgentiam peccatorum tuorum: deinde continentie virtutis atq; humilitatis donū deo gratissimum: vt semper humilis in conspectu dei inueniaris. vilisq; ⁊ abiectus desideres reputari: nec de aliquo bono velis gloriari: ne perdas totum quod videris habere Dole q; tam longe es adhuc a veris virtutibus: a profunda humilitate. a sancta paupertate. a perfecta obediētia. a purissima castitate. a deuotissima oratione. a feruētissima charitate: que oīa plenissime fuerunt in maria matre ihesu. Ideo procide ad pedes eius sicut pauper ⁊ mendicus: vt saltem minimuz gradum de his virtutibus obtineas: qui ad summū ascendere non vales propter desidiam tuā. Quicquid habere desideras per manus beate marie humiliter roga: quia per eius gloriosa merita iuuātur qui in purgatorio sunt ⁊ in terra. Magna gratia magna gloria eius in salutari suo iesu super omnes sanctos in celo: sed totum pro omnibus nobis qui degimus in mūdo. Secure ergo fidelitati eius te ꝑmitte. cuius orationes deo sunt accepte: nil aliud tamen petens nec querēs nisi quod sibi ⁊ dilecto filio suo placet ⁊ saluti tue expedit: prout ipsi melius noscunt. Pro peccatis orare ⁊ cor in humilitate custodire: multū placet deo et beate virgini. Nam ipsa de sola hūilitate gloriata est ante deū. ⁊ de ceteris tacuit: et quātamcūq; gratiā habuit: ab humilitate nō recessit. Oret ergo voce pia pro nobis virgo maria vt digni simus gratia dei.

De suffragijs sanctorum sedule pētendis Capitulum. XV

Anctorū cum christo regnantiū suffragia instanter petere nō negligas: quia sicut cernis in valle lachrymarum degis. ⁊ inter hostes quotidie versaris et adhuc longe a deo peregrinaris. Stude ergo cum sanctis ⁊ amicis dei tēpore incolatus tui amicitiā facere: ⁊ ad eos specialem familiaritatē habere: ⁊ hominū noticiam et allocutiones inutiles declinare. Melior est tibi vnius sancti oratio: q̄ omniū secularium amicorum visitatio. Plus te cōsolabit christus in silētio: q̄ longa hominū loquacitas in cōuiuio ⁊ risu multo. Habet iustus internum gaudiū: quod nō percipit animalis homo inhians terrenis. Si paupertatem ⁊ simplicitatem diligis: aderit tibi frequenter ihesus cū angelis sanctis. Et si nō manifeste tamen inuisibiliter ⁊ occulte cōsolabit te in scripturis. Beatus qui recreationes suas quērit nō ab hoībus: sed in lectionibus sacris et precibus deuotis ad beneviuendum ⁊ ad celestia amanda: sicut fecerunt sancti visibilia cōtemnentes. Qualis vnusquisq; est. tales etiā socios diligit: deuotus deuotum: pudicus pudicū. sctūs sanctū: vagus vagū: dissolutus q̄rit dissolutū. Si g̃ desideras cū sctis regnare in celo oportet te multa pati ꝑ deo et cū sctis hūiliari in mūdo: q; parum ꝑdest sctōs labijs honorare: ⁊ moribꝰ cōtraire. Si vis deor sctis placere. doma carnē frange ꝑ priā volūtatē: certa cōtra vicia. labora ꝑ virtutibus. inspice vitam sanctorū. lege doctrinam eorum: vt cum sanctis sanctus fias: ⁊ a sanctis erudiaris ꝑ sanctos adiuueris a sanctis exaudiaris: cum sanctis coroneris. Placet eis frequens gemitus in celū: dolor pro peccatis silentiuz oris: firmum propositum emendādi. desideriuz proficiendi: patientia in aduersis: gratiarūactio pro beneficijs collatis. Delectant etiam sanctos cantus deuotus alacritas in vigilijs. laus psalmodie cōfessio' peccatorū. postulatio venie. celebratio missaruz. orationū lachryme: ⁊ omnis obseruantia regularis discipline. Qui ab istis bonis tepescit ⁊ recedit. perdit deuotionis gratiam: nec est deo acceptus nec angelis charus: sed deo et sanctis omnibus contrarius Nam qui ex deo est verba dei audit. verba dei libenter legit ⁊ scribit: libenter vigilat et orat. libenter abstinet ⁊ laborat. libenter tacet ⁊ deo vacat: libenter est in cella ⁊ in ecclesia: nunc istū nunc illū sanctū inuocando: et flexis genibus gratiā postulando ꝑ passio-

nibus vincēdis. ꝓ tentationibus resistēdis quibus adhuc grauiter impugnat̄: vt eorum ꝑcibus gloriosis deuotus ꝑmaneat: et post huius vite agonē ad eterne quietis mansionē ꝑtingat: vbi oēs sancti cū xp̄o feliciter regnant. Non eñ erit frustra petitio corā sanctis: que pia intentōe eis offert̄ ad honorez. Nam qui tam sedule orauere ꝓ inimicis suis dum ꝑmerent̄ ab aduersarijs: quāto libētius nunc orabunt ꝓ suis supplicibus. vt sibi citius valeant associari in celestibus gaudijs: quos norunt in dei seruitio quotidie laborare: ⁊ ꝓ eterna vita multis suspirijs ⁊ lacrimis xp̄m exorare? Dat magnā fiduciam rogandi sanctos: qꝛ ⁊ ipsi fuerūt hoīes mortales ⁊ pctōres multis criminibus et varijs passionibus dudū inuoluti et grauati: sed ꝑ gratiā dei liberati ⁊ iustificati maximas nūc gr̄as xp̄o referūt ꝓ oībus malis q̄ euaserūt: leti in eterna beatitudine quam gr̄a diuina opitulante ꝑcipere meruerūt.

De desiderio anīe ad celeste desiderium. Capitulum. XVI

Vnicum ⁊ singulare desideriū sctōrū in hac vita fuit. nihil cōmune habere cū hoc seculo: sed ꝑ ꝯtemptū terrenorū tendere semꝑ ad ꝑsentiā xp̄i ⁊ cōsortiū angelorū. Unde ⁊ beatus paulus vehemēs amator xp̄i. oīa terrena ꝑfecte despiciebat. ⁊ ad celestia exestuās dicebat. Cupio dissolui ⁊ esse cū xp̄o Non est oīm tale desideriū: sed ꝑfectorum qui dicere possunt. nr̄a cōuersatio in celis est. Nam valde pauci ita nudati inueniunt̄ qui totū affectū suum ad eterna erigunt: ⁊ de terrenis diuitijs et honoribus nihil ambiūt. Qui aūt amore christi accensi in pauꝑtate in cōtemptu sui gaudent: atq; cor in humilitate deprimūt. ⁊ de paruis negligētijs etiā stricte seipsos rep̄hendunt: qui necessaria vite sobrie ⁊ cū timore capiūt. ⁊ potius minus q̄ amplius requirūt: hi sunt veri contemptores mundi ⁊ amici dei ad patriā festinantes. parati de corpore exire ⁊ ad xp̄m citius ꝑuenire: nō habentes qd̄ possit eos in seculo delectabiliter retinere. Felix aīa cui tale desideriū inest: ⁊ ꝑ singulos dies feruorez addit feruori: nō desistens orare ⁊ clamitare ad xp̄m donec apiat̄ sibi porta celi: et ingrediatur regnū dei cunctis fidelibus ꝓmissuz. O beata patria: vbi ꝑpetua leticia. pax summa. clara dei noticia: charitas ꝑfecta ⁊ beatitudo consumata. Ibi melior est dies vna q̄ hic mille milia: qꝛ ibi penuria nulla: hic miseria multa. pax rara. cognitio parua. Quid miseri loqui possunt d̄ felicitate suꝑna. quid mortales cape sciunt de eternitate vera ⁊ vita sempiterna. nisi sub quadā caligine ⁊ scripturarū velamine tecta? Gemat ergo aīa fidelis. mūdi circūfusa tenebris. ad gaudia lucis eterne. ad societatē patrie celestis: indesinenter oculū mentis sursū eleuans: vbi xp̄s est in gloria patris ꝑ eterna secula regnans.

Explicit tractatus de disciplina claustralium fratris Thome Kempis.

Incipiunt vel sequunt̄ aliqua notabilia de conuersatione eiusdem.

Hic thomas cognomēto heymergyn id est malleus. qui vere malleus existēs in suis dictis ⁊ tractatibus deuotis ⁊ indeuotis. deuotos ꝑ suos tractatus excitando et ꝑcutiēdo corda eorū ad maiorē deuotionē ⁊ ꝓfectum virtutū ⁊ gratiarū actiōes. sed indeuotis existens malleus videlicet corda eorū excitando ad cōpunctionē ⁊ recognitionē ꝓprie infirmitatis ⁊ imꝑfectionis. ⁊ ad emendationē vite cōpellendo. tentatos ⁊ tribulatos cōsolando ⁊ roborando ⁊ oībus viā incipiēdi ꝓficiendi ac ꝑficiendi ostendendo vt merito sibi ascribendū sit iam illud. qui erudiūt multos quasi stelle imꝑpetuas eternitates. Multum affabilis ⁊ cōsolatorius fuit infirmis et tentatis iste bonus ⁊ deuotus pater ⁊ valde zelosus ꝓ salute animarū ⁊ oēs cupiebat saluos fieri sicut seip̄m ideo scriptis ⁊ ammonitionibus instructionibus. modis quibuscūq; potuit alios etiā secū trahere ad regnum celorū nitebat̄. sicut sanctus gregorius hortatur in quadā omelia ⁊c̄. Et quia in iuentute incepit congregare diuitias scz virtutum: ideo sortitus est nomen bonum. Et illud trenorū tercio impletū est in eo. scz beatus vir qui portauerit iugū dñi ab adolescentia sua sedebit solitarius ⁊ tacebit quia leuabit se super se. quod hoc sit impletū in eo consideratur oīno in tractatibus suis ⁊ ꝑcipue in soliloquio anīe quod cōposuit vbi xp̄s spōsus eius loquit̄ cum anīa eius scz sponse sue ibi consideraꝛ quō sedebat solitarius ⁊ tacebat ⁊ leuabit se suꝑ se ⁊c̄. Iste bonus pater solitus erat dicere quādo fuit cū cōuentu spaciando vel cum alijs qñ sensit inspirationem diuinā qñ sponsus eius scz iesus xp̄s voluit cum sponsa loqui. tunc humiliter petijt licentiam dicendo: dilecti fratres oportet me ire vnus me expectat in cella. et fratres pie an-

nuētes petitioni eius multū edificati fuerūt ⁊ sic impletū fuit in eo illud. Ducā eum in solitudinē ⁊ ibi loquar cum eo. Et ipse thomas ad dñm illud. loq̄re dñe q̄ audit seruus tu⁹. Quid tunc loquebatur dño ⁊ quid loquebātur adinuicem. habemus in tractatu eius de interna xp̄i locutione ad aīam fidelē qui tractatus habet hoc idem p themate in scō capitulo. loquere dñe q̄ audit seruus tuus qō samuel ꝓpheta etiaz dixerat ad dñm q̄ dñs eū vocauerat ⁊c. Itē adhuc multa alia plura de eius vita ⁊ cōuersatione audiui a fratribus illius contētus qui adhuc viuunt q̄ vix millesimā partē enarraui scribēdo. sed quid dicam amplius? Sicut alios docuit ⁊ instruxit dictando ⁊ scribendo sic ipse fecit viuēdo ope impleuit qō sermonibus dixit faciendū

Hic thomas kempis cognomen hūs malleus. natus fuit de ciuitate cui nomē kempis dyoceſ colonien. qui studuit dauentrie in domo fratrū sc̄z clericoz. qui ingeniosus ⁊ docilis fuit et tractabilis. et ideo multū fuit amabilis dño florentio ⁊ eius fratrib⁹: qui postea vocatus a deo p inspirationē diuinā ad seruiendū deo viuenti. acquieuit cito inspiratio nibus diuinis ne sibi ip̄roperaret dñs illud. Vocaui ⁊ rēnuistis. ⁊ illō sibi ꝓtingeret. Vocabis tu me in oſonibus ſ non exaudiā te q̄ rēnuisti vocem meā audire. sed fecit iste thomas kempis sicut scriptū est de sctō andrea: mox vt audiuit vocē dñi vocantis se: relictis oībus q̄ huius mūdi sunt intrauit ordinē canonicoz regulariū qui tunc tp̄is in breui fuerat reformatus. in domū sc̄z in monte sancte agnetis ꝓpe zwollis anno dñi sc̄z millesimo quadringētesimo. Et fuit inuestitus ibidem anno dñi millesimo quadringētesimo sexto. et sic fuit p sex annos ꝓbatus añq̄ inuestir⁹: quia tunc tp̄is fuit consuetudinis q̄ sic ꝓbabant̄ p̄ius. añq̄ inuestiebant̄ tanq̄ aurum in fornace. ideo aurū ꝓbatum fuit: q̄ qui nō est ꝓbatus ⁊ tentatus qualia scit? Et quia acceptus erat deo: ideo necesse fuit vt multis tētationibus ⁊ exercitationib⁹ et humiliationibus ꝓbaretur. vt postea sciret alīs dare remediū sicut in se ⁊ in alīs fuit exptus sepe. sicut et fecit in suis sermonibus et tractatibus

Hic thomas multū p̄fecit in virtutibus de die in diem ꝓficiens addens semp feruoꝛē feruori deuotionē deuotioni virtutē virtuti. ita vt oīs mirabant̄ de eius feruore et deuotiōe et quia multū humilis fuit. ideo ad deo magnā et singularem gratiam meruit habere sicut patet ex dictis eius Item bis supꝛioꝛ fuit et semel ꝓcuratoꝛ. et quia multuz fuit internus ⁊ deuotus: ⁊ ideo simplex in tēpoꝛalibus rebus. ideo depositus fuit ab officio pꝛocuratoꝛis ⁊ insupꝛioꝛē iterū electus. quia sic maioꝛem fructū dictando contēplādo oſonibus insistendo fecit: qō fratres cōsiderantes fecerunt sibi misericordiam eum subleuādo ab occupationibus exterioꝛibus. Anno dñi millesimo quadringentesimo septuagesimo ꝓmo obijt iste deuotus pater thomas kempis. et sic seruierat domino in ordine canonicoz regulariū septuaginta annis in magna austeritate vite ⁊ feruoꝛe spiritus. Et quia multos tractatus scripsit et dictauit in vita. et pauci sciunt quomodo intitulant̄ vel vocant̄: ideo tabulam de eius tractatibus ⁊ libris hic intitulare ⁊ scribere intendo. vt oīs qui legunt vel audiunt possunt scire quot sunt.

Incipit Alphabetum deuoti monachi. eiusdem thome kempis Discipulus.

A Das tuas domine demonstra mihi ⁊ semitas tuas doce me Obsecro te deus meus doce me vias bone vite pꝛo salute anime mee. Magister.

A Ba nescire et ꝓ nihilo reputari. hoc tibi salubrius est et vtilius quam laudari ab hoībus. Benignulus esto omnibus bonis et malis et nulli onerosus.

C Custodi coꝛ tuū ab euagatione. os tuum ab ociosa locutione: ⁊ ceteros sensus tuos ſ rigoꝛe discipline. Dilige solitudinē et silētium: ⁊ inuenies quietem magnā ⁊ ꝓscientiā bonam. Ubi enim multitudo: ibi frequenter strepitus et magna distractio coꝛdis. Elige pauptatem ⁊ simplicitatem ⁊ cum paucis sis contentus: et non facile murmurabis.

F Uge homines et seculi rumoꝛes: quia nō potes satis esse deo et hoībus. eternis ⁊ transitoꝛijs. Gratias age deo semp coꝛde ⁊ oꝛe qualitercunq̄ tibi succedit in grauamine et doloꝛe. Nam deus oīa pꝛouide dispensat in mundo ꝛo et recto iudicio ab eterno. Humilia te in oīb⁹ ⁊ sub oībus. et mereberis gratiā ab omnibus. Eris q̄ deo acceptus et hoībus dilectus. ⁊ dyabolus a te fugiet citi⁹ ꝓpter hūilitatis virtutē sibi valde cōtrariā.

I In omni opoꝛe bono habeas intētionem puram ad placendum deo qui inspecto: est coꝛdis et diligit iustos et puros. Karissimos reputa amicos ⁊ patronos q̄ te p̄emūt et vituperant. Si enim recte sapis ⁊ conside

ras. lucrum inde acquires. Nam prosunt ti/
bi in bono: qui obsunt in malo. Labore et
dolore cum gemitu et fletu acquiritur regnũ
dei: delicijs et honoribus ꝑditur paradisus
Magnum donum dei est pauperẽ esse in
hoc mundo propter xp̃m et infimũ tenere lo
cum.. Magna superbia altum petere gradũ
Ad alta semꝑ diabolus suadet: honores am
bire. fugere despectum. vt cadat ascensor ei⁹
retrorsum. cum breue dominatus fuerit pau
perum. Minima dona pro magno reputa ⁊
eris dign⁹ maiora accipere. Neminẽ sper-
nas nulli noceas: afflicto condoleas. egeno
subuenias. et nunq̃ te extollas. Omne tẽ
pus vtiliter cum deo expendas. nihil enĩ pre
ciosius tẽpore. in quo ꝓmereri potes regnũ
dei imꝑpetuũ. omnibus quoq; te amabilem
benignum ⁊ affabilem sine dissolutione exhi
beas. Omnia bona ad laudem dei referas.
et sine cosilio et deliberatione nihil facias.
Primo semꝑ quere in oꝑe tuo an deo pla-
ceat vel displiceat: nec timore vel amore age
contra conscientiã tuam. In dubijs ad scri/
pturam et obedientiã prelati tui recurre. nec
tibipsi nimis cõfide. Prius disce tacere q̃ lo-
qui. potiusq; velis instrui q̃ docere. tutius ẽ
enim velle latere quã apparere. Quecũq;
ad te non pertinent de his nõ iudices nec te
intromittas vt pacẽ semꝑ habeas Qui cõia
sectatur et singularia vitat. magis diligetur
et citius ad bonũ finem perueniet. Qui tem
pestiue facit quod debet letior postea erit.
Reuertere ad iteriora cordis tui et claude
ostio oris tui: ne vagari incipias ꝑ varia de-
sideria mundi consilio dyaboli. Nocent ma
la audita. tẽtat pulchra visa: turbãt illata vi
tuperia. Recede ergo ab homine iracũdo in-
docto dissoluto. et mane in silentio cum deo.
Sobrius esto in victu modestus ĩ vestitu
prouidus in v̄bis. honestus in moribus. ma
turus in consilio. fortis in aduersis. humilis
in prosperis gratus pro beneficijs. hilaris in
despectibus. patiens in doloribus. discretus
in omnibus agẽdis. Time deum offende-
re in minimis negligentijs ⁊ defectibus tuis
noli presumere in bonis. nec desperare in ad
uersis. Timor dei facit recedere a peccato. ⁊
sollicitat in bono oꝑe. vt bonũ bene fiat. To
tum te deo cõmitte. ⁊ quod tibi est graue fiet
tibi portabile. Pax tua in patientia multa: le
uis est oĩs tribulatio pro vita eterna. Uẽde
deo omnia comota tua ⁊ dabit solatia melio
ra. adueniente gratia in vna hora. Nemo di
tior nemo liberior eo. qui se et omnia deo de
dit ⁊ xp̃m amando emit. q̃ mundum cruce re
demit. Xp̃s sit vita tua lectio tua: medita-
tio tua locutio tua. Ipse desideriũ tuum lu/
crum tuum tota spes tua et merces tua. Si
aliud queris quam pure deum damnũ patie
ris laborabis et requiẽ non inuenies. Ym
nos et psalmos canere monachorũ opus est
et clericorũ quibus congaudent angelorum
chori laudãtes deum iugiter in regno celoꝝ.
Seruire carni mors anime. cibus vermium
nidus demonum. vita pecorum. fomes mor
borum: corruptio corporum. inquinatio mo
rum. perditio bonorum: acquisitio multorũ
malorum dolorum. Seruire deo beatitudo
anime. sanitas corꝑis: prudentia spũs. vita
celestis. Dulces ymnos deo cantat: qui in tri
bulatione sua deuꝫ semper laudat. Initium
et finis omnis boni religiosi: deũ corde ama-
re ore laudare et fratrẽ suũ exẽplo edificare.
Zachee frater descẽde de altitudine secu-
laris scientie: veni et disce in scola dei viam
humilitatis mansuetudinis et patientie: per
quam posses christo docente ad eterne beati
tudinis gloriam secure peruenire. Amen.

Incipit ꝓlogus deuoti viri fratris Thome kempis p̄sbyteri canonici regularis ꝓfessi et defuncti in monte beate Agnetis prope zwollis. in ſmones ad nouicios regulares.

Dilectis ī christo fratribus innocentio simpliciano ac ceteris crucifixi discipulis: sacre relegionis disciplinā diligētib⁹. Frater peregrinus in valle lacrimarū degēs: orōnū vestraꝝ iuuamina humiliter petens. Pax xp̄i in cordib⁹ vr̄is abundet: ⁊ patiētia multiplex vob̄ ⁊ mihi in cruce xp̄i ꝯdonet̄. Sermones q̄s ꝑ modū dulcis collatōis ꝑ nouitijs nr̄is diuersis quidē tēporalib⁹ in vnū collegi: vobis in charitate cōicare pium censui istūq; existimaui. Quis igit̄ incultus sit ſmo. ⁊ materia nō ardua: tñ simplicibus placere cupiens. qd̄ dn̄s inspirauit ⁊ dedit: libēter pijs ⁊ deuotis offero ad legendū. Qd̄ si forte indiscretus ſmo quēpiam offenderit peto vt venia concedat̄ exiguo: atq; in meli⁹ reformet̄. quod absurdū foris sonare videt̄. Et q̄ exēpla sepe plus mouēt audiētes q̄ sola v̄ba: idcirco more bt̄i gregorij instruct⁹. in plerisq; locis post finē ſmonis ꝑ maiori assertiōe exēpla quedā sicut memorie occurrebāt breuiter annotaui. Gratanter fratres accipite q̄ vobis sicut dilectis amicis offero: oretis vt sint oīa ad honorē dei et multorū ꝓfectū. Sciēdū itaq; ꝙ liber iste ꝯtinet ſmōes. xxx. et h3 tres partes. Quarū p̄ma pars cōtinet nouem sermones ad designandū nouē choros angelorū. Scd̄a autē pars continet sermones decem: ad designandū decalogū legis. scd̄m numerū decē p̄ceptoꝝ. Tercia v̄o pars ꝯtinet ſmones vndecim ad designādū statū religiosoꝝ. in renūciatiōe seculi ⁊ baiulatione crucis: secundū cōsiliū nr̄i saluatoris dicentis. Qui vult venire post me abneget semetipsuz et tollat crucē suam ⁊ sequat̄ me.

Explicit prologus.

Incipiūt tituli sermonū prime partis.

De concordia fratrum ⁊ melodia diuine laudis. Sermo p̄mus
De laude bone cōgregatōis. S secūd⁹
De verbis et cōsilijs seniorum humiliter audiendis S terci⁹
De bōis colloq̄is īuicē hn̄dis S quart⁹
De patiētia conſuanda inter desides ⁊ peruersos S quītus
De vigilijs nocturnis contra impunguationem soporis. S sextus
De custodia oris et diligentia operis cū obedientia superioris S septim⁹
De vana gloria cauenda. ⁊ ꝙ soli deo laus ē exhibenda. S octau⁹
De periculo multorum malorum ex multiloquio verborum S nonus

Expliciunt tituli sermonū prime partis.

Incipit pars prima. De cōcordia fratrū ⁊ melodia diuine laudis. Sermo primus.

Ecce q̄z bonum ⁊ q̄z iocūdū: habitare fratres in vnū Dauid sanctus ⁊ vere ꝓpha magnus corā dn̄o. repletus spiritusctō. multos edidit psalmos: quosdā ꝑ auxilij postulatōe in tribulatiōe: quosdā ꝑ gr̄arūactiōe de hostiū liberatōe. ſ raro vel nusq̄ tā bonā ⁊ iocundā edidit symphoniā. sicut in hoc breui cantico graduū declarauit dicens. Ecce q̄z bonū ⁊ q̄z iocundū: habitare fratres in vnū. Oēs enī bonū naturaliter appetunt ⁊ iocunditatē: malū v̄o ⁊ tristiciā refugiūt tanq̄z hoīs infelicitatē. Igit̄ de fraterna charitate ⁊ vnanimitate loq̄ gestiēs tacitis alijs bonis p̄ntibus. specialit̄ deuotōi fratrū ꝯgaudebat: sūptoq; psalterio iocūdo cū cythara ī domo dn̄i p̄cinebat dicēs. Ecce q̄z bonū ⁊ q̄z iocundū: habitare fratres ī vnū Vere fratres nulla maior extat iocūditas in monasterio religiosoꝝ. ⁊ cōgregatiōe fratrū et soroꝝ: q̄z vnanimitas animoꝝ. et cōcordia moꝝ. cum obseruantia regule et statutorum: scd̄m decreta prelatorū et monita seniorum. Sed hanc sanctā ac deo placitā fratrum cōcordiam dyabolus omniū bonorū inimicus oppungnare et infringere non desistit: varijs modis die ac nocte insidias parans ad decipienduz anīas desides ac vagas: ⁊ nunc quidem aperte ꝑ locutiones vanas conturbat: nunc occulte per suggestiones turpes tentat et inquietat: quatenus nonū christi militē a sancto ꝓposito reuocet: aut antiquū discipulum in desideam trahat: aut debilem in murmurationē trudat: aut passionatū in partinatia stringat. Sed contra hos dolos et terrores sathane certat ac triūphat vnanimis cōuentus fratrum multorū: qui nocturnis vigi

lijs incubant. diurnis laboribus insudant: sacris lectionibus intẽdunt: deuotis precibus et psalmoꝝ melodijs insistendo deo iubilãt: et quasi celestibus tubis pariter insonando dyabolũ ꝑsequunt̃. Vehemẽter enĩ eũ affligunt cum ieiunãt. verberant cũ disciplinã recipiunt: calcant cũ veniaꝫ petunt. premũt cũ sẽ humiliant: terrent cũ iesum inuocant. torquent cum mariã nominãt: fugãt cum cruce se signant. vrunt cum crucifixũ adorant: vincunt cum obediũt. artãt cũ in solitudine manent: ligant cum stricte silentiũ seruãt. Vere hec est sctã cõgregatio fratrũ querẽtiũ dñm: querentiũ faciẽ dei iacob: spernẽtiũ mundũ: diligentiũ xp̃m. abnegãtiũ se ⁊ oĩa ꝓpt̃ deũ: certantiũ ꝯtra dyabolum. ⁊ exercitũ eius donec recedat nec iã cito ĩ castra dei redire p̃sumat. Perpẽdite ergo charissimi q̃ꝫ bonũ ⁊ iocundũ est habitare fratres in vnũ: qui in vna domo cõgregati. vnius regule ꝓfessione colligati. sub vno prelato bene ordinati: pariter surgunt ad vigilias. pariter cõueniũt ad horas canonicas: pariter incipiũt cãtare ⁊ legere: pariter nitunt̃ diuinũ officium honorifice cõsummare. O q̃ꝫ gratũ ⁊ cõmendabile collegium ad laudandũ deum precipue dedicatũ vbi sunt tot tube resonantes: quot voces in choro alacriter cantãtes. Sed hec audiẽtes quid dicunt demones religiosos ꝑsequẽtes? Fugiamus inquiũt israhelem. hanc sanctam ⁊ deuotã ꝯgregationẽ: dñs enĩ pugnat pro eis contra nos. Isti enĩ sunt veri israhelite q̃ de egypto ⁊ secula rꝫ vite tenebris egressi. ꝓpter xp̃m parentes ⁊ amicos reliquerũt: et nũc habitu sctẽ religionis induti. deo ꝑpetuose vouerunt. ⁊ cõtra nos militare fortiter ceperunt: ad cõfusionẽ vtiq̃ nostraꝫ et suam gloriã augmẽtandã. Constãter ergo fratres state armati precibus ꝯtra aduersarios salutis vestre. nullius impetũ formidãtes: sed in dño cõfidẽtes gratias agite de beneficijs vobis collatis. pre multis in seculo errãtibus. Non pigeat oĩ nocte surgere ad vigilias nocturnales: sed facto signo abijcite torporẽ ab oculis. euagationem a cordibus: dissolutionẽ a moribus. Eya charissimi attẽdite p̃ntiã xp̃i. angelorum custodiam. reuerẽtiam sacramenti. et reliquias sanctoꝝ: in quoꝝ ꝯspectu statis ⁊ psallitis: licet oculis corporalib⁹ eos non videtis. Cauete diligenter a vanis fantasijs et immũdis spiritibus: ne inueniãt locum intrandi et latendi in vobis. Cito auertite faciẽ vestram a mercatu diaboli: signate corda vestra signo sancte crucis: recurrite ad passionẽ xp̃i erubescite alia cogitare q̃ꝫ verba dei que legitis et cantatis. Incipite mõ celibem vitã ducere cũ angelis: pacẽ ⁊ cõcordiã tenete cum oĩbus: nulli scãdali occasionẽ detis. verbis vel actibus offensiuis. In xp̃i charitate supportate imꝑfectiones infirmoꝝ: nõ tamẽ cõsentiatis vitijs aut querelis eorum. Orate frequẽter ꝓ tribulatis ⁊ tentatis: timete ne vobis similia contingant. aut petora incurratis. Oĩbus aũt exemplũ vere humilitatis. mansuetudinis patiẽtie. taciturnitatis ⁊ obediẽtie exhibete: vt ꝑhennẽ a deo mercedem cum sanctis eius ⁊ electis in celo recipiatis. Si eĩ minimũ gaudiũ cognosceretis: ad oĩa que deo placent cõuolaretis: et ad chorũ vbi diuina et celestia die ac nocte tractant̃ festinaretis. Cum ergo tediũ cordis sentitis ex onere laboris: recolite eterna premia ꝓmissa vob̃ in celis. Unde beatus paulus qui plus oĩbus laborauit: pigros excitando: debiles confortãdo: inter labores ad mentẽ celestia reuocabat dicens. Non sunt cõdigne passiones huius temporis: ad futurã gloriam que reuelabit̃ in nobis. Nũq̃ꝫ poterit dei seruus vinci certamine nec grauari tẽporali labore: qui eterna bona vel mala semꝑ gerit in mẽte Qui ergo desiderat habere cor purũ et quietum: excludat a se om̃e terrenũ cõmodum et humanũ solaciũ. Cito nãq̃ꝫ perdit̃ celestium desideriũ in silentio acquisituꝫ: nisi fuerit cũ omni diligentia ab extraneis rumoribus custoditum. Cenobium monachoꝝ est sicut salsum mare. quod corpora mortua non põt in se retinere: ꝫ statim ad litus putrida proicit sana v̄o et viuida nutrit: atq̃ꝫ ad incremẽtum ꝓducens nitida intuẽtibus reddit. Scitote ergo. q̃ homo carnalis sub vili pãno latens diu se fringere nõ potest: sed aut in se ꝑteporẽ deficit ⁊ a feruore arescit: aut cito recedit. aut recedere cogitat: aut cum murmure manens fetorẽ de se peruerse actiõis ostẽdit. Et quia leuis ẽ corde et dissolutus ore. alios sepe deridet: quia suꝑbus ⁊ iracũdus: cõtentiones inter pacificos mouet ⁊ simplices accusat. Et q̃m radices humilitatis non habet et spinas carnalitatis euellere negligit: idcirco dulces flores castitatis cum fructibus obedientie et charitatis gignere nõ valet. In cõgregatione deuotorũ probant̃ corda multoꝝ tamq̃ꝫ aurum in fornace ardenti: vtrũ desideria eoꝝ ex deo sint. an ex carne cõcepta. Qui enim proprium cõmodũ querunt et cõ

munes labores et obseruantias ordinis ne/
gligenter pretereũt: hi parum in spiritu ꝓfi/
ciunt: ꝫ ad exteriora declinãtes sepe ad pristi
na vicia labunt̃. Quomodo poterit aliquis
diu in disciplina et deuotione ꝑseuerare: qui
contra tẽtationes et passiones viriliter non
pugnat[illegible]: Quapropter dũ parua latent vi/
cia tempestiue adhibenda sunt remedia: ne
vrtice crescentes bona semina premant. Di/
cit nãq; saluator de quibusdam fictis ⁊ tepi/
dis fratribus. in quibus non est feruor spiri/
tualis: sed tantũ exterior apparet habitus hu
milis cuꝫ affectu honoris. Omnis plantatio
quã nõ plantauit ꝯpater meus celestis eradi
cabitur. Et vere qui non edificat domũ suã
supra petrã firmam id est vitam suam super
christum ⁊ veram humilitatem: flante vento
elationis cadit a statu deuotiõis ad exterio
res occupatiões: ⁊ in varias tentatiões dya
boli A quibus malis nos benigne custodiat
iesus christus filius dei. qui verbo et exẽplo
suo docuit nos humiliter cõuersari: ⁊ pacem
cum fratribus sine fictione et dissolutiõe sem
per retinere. Amen.

Explicit sermo primus. Incipit sermo se/
cundus De laude bone congregationis.

f Rater qui adiuuat̃ a fratre: quasi
ciuitas firma. Dilecti fratres no/
tate v̄ba ista a salomone sapiẽter
⁊ ꝓficue dicta: ⁊ tenete ꝑseuerãter
loca vestra in societate bona. Sustinete inui
cem cum oĩ humilitate ⁊ mãsuetudine portã
do onera vestra: ꝓpter multa pericula eua/
denda. ⁊ maxima premia anime vestre a deo
ꝓmerenda. Congregatio quippe bonorũ: est
quasi turris fortitudinis a facie inimici. Ibi
namq; homo securius viuit: vbi a pluribus
iuuatur. ⁊ si interdum ab aliquo tribulat̃: ab
alio rursus consolat̃. Qui bone voluntatis
est et deum querit: inter deum querentes am
plius ꝓficiet. ⁊ firmius stabit. Ibi homo ma
gis in virtute ꝓbatur. ⁊ exercet̃: ibi frequẽter
de negligẽtia arguit̃. Ibi ad ꝑfectiora verbo
⁊ exemplo trahit̃: ibi suam imꝑfectionem cõ
siderare ⁊ lugere cõpellitur. Ibi alterius fer
uore excitatur: alterius humilitate docetur:
istius obedientia mouet̃. illius patientia edi
ficat̃. Ibi verecundatur esse vilior: ibi cõfun
dit̃ inueniri tardior. Ibi iuenit quos timet:
ibi habet quos diligit: et sic ex oĩbus ꝓficit.
Ibi alterius correptio sua fit ammonicio: ibi
alienũ periculuꝫ propriũ efficitur speculum.
Ibi vnus alterius est custodia: ⁊ alius alium
probat in patientia. Ibi homo portat et por
tatur: ibi multa audit ⁊ videt vnde doceat̃.
Ibi regula ⁊ sancta institutio in bono conser
uant: ibi confessio ⁊ disciplina excessus emen
dant. Ibi boni cõmendantur vt meliores fi/
ant: ibi negligentes arguũtur vt referuescãt.
Ibi homo nõ ꝑmittitur torpescere: nec scdm
suum libitum agere. Ibi cogitur spiritui ser/
uire: et carnis desiderijs resistere. Ibi diuer/
sa sũt officia: ⁊ multa exhibent̃ charitatis ob
sequia. Ibi omnia tẽpus habent: ⁊ ad opus
suum quisq; ex obedientia vadit. Ibi nulli
ociari conceditur: sed vnicuiq; mensura ope
ris iniungit̃. Ibi infirmus a fortiore. susten/
tatur: ibi sanus infirmũ visitans christo serui
re letatur. Ibi vno deficiente. alius locũ eius
supplet: ibi sana mẽbra pro debilibus sollici/
tantur. Ibi actiuus pro vacante laborat: ibi
deo vacans ꝓ laborante exorat. Ibi vno le/
gente multi edificantur: ibi singuli ebdoma/
das suas explentes seinuicẽ liberant ne fati/
gentur. Ibi homo habet multos pro se oran
tes: ⁊ in extremis se contra dyabolum prote/
gentes. Ibi tot auxiliarios inuenit quot so/
cios habet: qui sibi in necessitatibus assistunt
Ibi feliciter obdormit in domino: ibi multo/
rum intercessiõibus citius liberatur a purga
torio. Ibi post mortẽ heredes dei seruos sui
vtiq; interdum memores relinquit: quorum
pia studia. sua erit in celo leticia Ibi labor su
us et bona conuersatio obliuionem non acci
piet: sed multis posteris ad exemplum profi
ciet. Ibi sequentes pro predecessoribus suis
orare tenent̃: et dominũ pro benefactorũ be/
Plantate in ortulo memorie veſtre arbo/ rem ſancte crucis: cōtra oīs mortiferas dia boli ſuggeſtiones medicinā virtuoſam pro/ ferentem. Huius enim nobiliſſime et feliciſſi/ me arboris radix eſt humilitas ꝛ paupertas: cortex labor et penitētia: rami miſcōia ꝛ iuſti cia: folia veritas et doctrina: flores honeſtas et pudicitia: odor ſobrietas et abſtinētia: pul chritudo caſtitas ꝛ obediētia: ſplendor fides recta ꝛ ſpes firma: fortitudo magnanimitas et patiētia: longitudo longanimitas ꝛ pſeue rantia: latitudo benignitas ꝛ concordia: alti tudo charitas ꝛ ſapientia: dulcedo amor ꝛ le ticia: fructus ſalus et vita eterna. Bene ergo ꝛ digne in ſancta eccleſia de ſancta cruce can tat: q̄ nulla ſilua talē p̄fert arborem fronde flore germine plenā. Sz nec in ortis ſalomo/ nis inuenit ſpecies talis nec herba tā valēs p medicamine oīs lāguoris: ſicut arbor ſctē cru cis p̄ferens aromata diuine virtutis ad reformationē hūane ſalutis. Hec eſt arbor fe cundiſſima ſup oēs arbores padiſi bñdicta: ramis pulcerrimis extēſa: foliis virētib⁹ or/ nata: fructibus vberrimis per mūdum dila/ tata: altitudine tangens celos: profunditate penetrās inferos: latitudine ambiēs mōtes et colles: magnitudine implens orbem terra rum: fortitudine vincens impios reges et fi/ dei perſecutores: pietate attrahens debiles. ſuauitate ſanās peccatores. Hec ē vitis dei/ fica. oliua fructifera: dulc̄ ficulnea: foris aſpe ra. intus melliflua: in domo dei plantata. in humilitate radicata. in patientia probata: in obedientia cōſummata. in charitate cōfirma ta. Hec eſt palma preclara digne xp̄ifera vo cata. humero ihēſu baiulata. in monte calua rie alte leuata: a iudeis condēnata. a gentili/ bus deturpata: a impijs exprobrata: a perfi/ dis abnegata: a fidelibus lamentata. a pijs implorata: a deuotis multum amata. a reli/ gioſis ſumme venerata. Hec cōſtātino impe ratori celitus eſt oſtenſa: a ſancta helena regi na diligēter queſita: ꝛ cū magno gaudio in/ uenta. Hec ab eodem nobili chriſticola fuit amoroſe amplexata. lachrimoſa facie irriga ta: et labijs puris affectuoſiſſime oſculata. Hec iam deo mirabiliter diſponente in mul/ tis locis ſignis emicat ꝛ virtutib⁹. Hec a re/ gibus ꝛ principibus mundi. ab omni cleror populo adoratur queritur ꝛ honorat̄: ꝛ p omnibus plagis ꝛ contumelijs ab impijs ſi/ bi factis a cunctis xp̄ifidelibus amplior de/ uotione colitur ꝛ celebratur. Attamen ex oc culto dei conſilio ꝛ prudentia. hec omnia p ſalute mundi geſta ſunt ꝛ ordinata. Hec ani mam deuotam pie cōpaſſionis affectu ſepe compungunt: ſepe lachrimari facit cum ima ginem crucifixi aſpicit: ſepe cor amantis cō/ uulnerat: cum xp̄m pro ſe vulneratum pen/ ſat. Beatus homo et fidelis ſeruus ille: qui ſacra ihēſu vulnera in corde ſuo iugiter por tat: ꝛ quicq̄d aduerſitatis ſibi obuiat. de ma nu dei hoc accipit et pie ſuſtinet vt crucifixo ſaltem in modico cōformis fiat. Dignus nā q̄ eſt a xp̄o viſitari ꝛ cōſolari: q̄ ſe ſtudet paſ ſioni eius in vita ꝛ in morte plene p̄formare. Hec eſt via ſācte crucis. hec doctrina nr̄i ſal/ uatoris: hec ſapia ſctōr: h̄ regula monacho/ rū. h̄ vita bonor. hec lectio clericorū. hec me ditatio deuotorum. xp̄m humiliter imitari: p xp̄o mala pati. pro dulcibus amara ſumere: honores ſpernere: ptemptū equanimiter fer re: a delectationibus prauis abſtinere. occa/ ſiones vicioꝝ fugere. diſſolutiōes vitare: p defectibus pp̄rijs ꝛ alienis gemere: p tribu latis et tentatis orare: p bñfactoribus gr̄as agere: p aduerſarijs vt cōuertant ſupplicare bñ agētibus cōgaudere: iniurias patiētibus cōdolere. indigētibus ſubuenire: alta nō ap petere: humilia eligere. ſimplicia diligere: ſu pflua reſecare: paucis cōtentari: p virtutib⁹ laborare. cōtra vicia q̄tidie certare: carnē ie/ iunio domare. ſpm̄ oꝛone ꝛ lectiōe roborare. humanā laudē refutare. ſolitudinē quererē. ſilentiū amare: deo vacare. ad celeſtia ſuſpi/ rare: oia terrena ex corde vilipēdere: nil p̄ter deū ſibi ſolacioſum reputare. Iſte poteſt cū beato paulo ap̄lo dicere: q̄ in viuere xp̄s eſt ꝛ mori lucrū. Et iterū. Gloriari me opor tet in cruce dñi mei ieſu xp̄i: p quez mundus iſte mihi crucifixus eſt ꝛ ego mundo. O reli gioſe mōache ꝛ ſectator artioris vite: noli ab aſſumpta cruce ī ordine recedere: § ſuſtine ꝛ porta crucē vſq̄ ad mortē: ꝛ iuenies etnā re quiē celeſtē gl̄iā ꝛ honorē. Q̄ñ aliq̄ tribula/ tio tibi aduenit tūc xp̄s cū cruce tibi obuiat:

⁊ iterad celeste regnũ q̊ ꝑgere debeas oñdit Si quis aũt gloriat̃ ⁊ sperat in diuitijs ⁊ honoribus huius mũdi vere decipit̃: ⁊ nihil ex oĩbns secũ portabit. q̃ in mũdo amare cõsueuit. Qui v̄o in cruce xp̄i gloriat̃ ⁊ oĩa ꝓpter xp̄m cõtemnit: hic iterũ a xp̄o in p̄nti cõsolabit̃: ⁊ in futuro celestibus bonis replebit̃: ac sine fine cũ xp̄o ⁊ oĩbus sctis felicissime gaudebit. Que nobis p̄stare dignet̃ iesus xp̄s ꝓ nobis in cruce passus ⁊ mortuus: cui eterna laus ⁊ gloria in secula seculorũ Amen.

Exemplum de sancta cruce.

f Uit apud nos laicus quidã nicolaꝰ petri nominatus: ex ꝑtibus hollãdie natus. Hic de inspirãte cũ eẽt carpẽtarius bonus statuit in anĩo seculũ relinquere: ⁊ monasteriũ nr̃m intrare. Cũ ergo solus esset in via ⁊ mõasterio appropinquaret: dyabolo insidiãte ⁊ tentãte cepit anxiari ⁊ multũ formidare: nesciẽs quid sibi obesset in bona via sole adhuc clare lucẽte. Stans ergo ⁊ deliberãs se quid ageret. cũ nullũ adesse cerneret: cepit cogitare q̃ forte diabolus cũ impedire vellet.: ne vlterius ad monasteriũ ꝓcederet. Circũspiciẽs ergo hincinde vidit a longe q̃si nigrã nubeculã de terra ascendere ⁊ paulatim ĩ altũ excrescere: ⁊ q̃si a vẽto agitante moueri. Perterritus itaq̃ valde ⁊ coniecturãs q̃ sathanas iter eius impedire niteretur ne ꝓpositũ suũ impleret: statim eleuata manu sctẽ crucis signum fecit: ⁊ salutari signo frontẽ armauit. Sicq̃ abiecto timore et forti fide cõfortatꝰ: frontẽ iterũ cruce signãs viriliter ꝓcessit. Quo facto diabolicũ illud fantasma virtutẽ sctẽ crucis nõ valens ferre quasi sagittã acutã ꝯtra se missam deuitans a via declinauit: moxq̃ tamq̃ fumus euanescẽs ex toto disparuit. Tuncq̃ multum letꝰ effectus mõasteriũ nr̃m in honore sctẽ agnetis virginis dedicatũ cõstanter intrauit: qd̃ tũc tp̄is in magna pauꝑtate inceptũ paucis cognitum fuit. Hic postmodũ multis annis suꝑuiuens ad honorem sancte crucis omnibus ferijs sextis ieiunauit: ⁊ etiaꝫ tp̄e messis magnis laboribus fatigatus nunq̃ sctẽ crucis ieiunium soluit: sed ꝓpositum suum qd̃ bene incepit cõstantissime terminauit.

Aliud exemplum.

f Uit quedã soror conuersa margarita noĩe deo deuota in ordine regularium sororũ: que officio coquine deputata tãq̃ fidelis martha: xp̄o ⁊ sororibus humiliter seruire studuit q̃diu potuit Quadam igit̃ vice posita erat patella olei sup̄ ignem qui ardebat: ipsa v̄o operi intenta non longe distabat. Cunq̃ cerneret oleuꝫ nimis ebullire et in altum spumas eius ascẽdere: timens illud effundi et igne cõsumi: citius ad focum cucurrit. Et facto desup̄ sancte crucis signo: mox tumor spume ad yma cecidit: ac si aquã frigidam iniecisset. Qd̃ socia eius videns mirata est: ⁊ alijs postea hoc factum reuelauit.

Exemplum aliud.

m Ulier quedã campẽsis ibat ad forũ ciuitatꝭ: vt sibi ⁊ domesticis snis modicum lactis emeret. Emptiõe autẽ facta ad domum redire festinabat: tenens in manu anforã lactis quã secũ tulerat. In via ergo posita cupiebat de lacte bibere: et inclinans se resedit sup̄ terrã. Accepta itaq̃ ĩ manu anphora: fecit desup̄ signũ sctẽ crucis añq̃ biberet: statimq̃ amphora inferius crepuit: ⁊ lac in terrã ruẽs vbertim effluxit. Quo viso nimis exterrita surrexit: ⁊ ꝑpendẽs q̃d miri sibi accidisset: p̄nti signo virtutẽ sctẽ crucis patenter agnouit. Quidã aũt rem gestã audientes: dixerũt Forte nisi h̄ mulier signo sancte crucis se signasset: diabolũ cum lacte imbibisset. Bonũ ẽ ergo cibũ ac potũ prius signo sctẽ crucis bñdicere: ne aliq̃d nociuuꝫ hoĩ ex vicio gule contingat: ꝑ quã diabolus multo sepius tentat ⁊ captat.

Aliud exemplum.

d Uo frẽs religiosi habita licẽtia ibãt pariter nõ longe extra mõasterij portã: post horã reuersuri ad cellã deuotionis amicã. Dũ ergo fabularent̃ adinuicẽ de diuersis sibi placitis historijs: interuenit etiã ex incustodia oris sermo detratõis de factꝭ sui prioris ĩstigatõe maligni spũs Tũc ecce subito apparuit eis equus niger valde terribilis cũ impetu occurrẽs ambulãtibus: et q̃si volẽs inuadere fabulãtes. At illi nimiuꝫ ꝑ territi mox signo sctẽ crucis se munientes: cõcito cursu ad monasterij portã fugerunt: ⁊ sic ꝑiculũ seuissimi hostis ꝑ sctẽ crucis signũ euaserũt. Et dixerũt. Malefecimus: ociosa ⁊ detractoria de alijs loquẽdo Ideo accidit nob̄ tã enorme mõstrũ: ad cauẽdũ de cetero pessimũ detractõis viciũ oĩbus abboĩandũ.

Exemplum aliud.

q Uidã frater ex labore fatigatus cuꝫ sero facto ad dormiendũ se disponeret: neglexit solito more sãcte signo

crucis cõtra terrorem inimici se signare. Nã celeri oppressus somno: nõ est armatus saluti fere crucis signo. Postea tã grauit fuit pterritus in somno ab antiquo humani generis inimico: ita q̃ p̃ timore clamaret alta voce: ⁊ expgefactus tremeret cum ingenti stupore. Tunc demũ recordatus est: quia vespere p̃cedenti nõ satis caute se signasset solito vex illo sancte crucis: ⁊ idcirco hostis malignus fuit sibi ĩ illa nocte tam seuere molestus. Ad se ergo plene reuersus inuocato salutari nomine iesu cruce se signauit: ⁊ suffragium sctẽ crucis deuote legit: sicq; iterũ obdormiẽs in pace xp̃i secure quieuit. Et ob hui⁹ rei factũ p sancte crucis signũ: sine cruce xp̃i nullũ locũ mũdi ab hostis terrore putat esse securũ.

Aliud exemplum.

V Ir quidã honestus vidit in somnis sibi astare imaginem sancte crucis. Que primo ante eũ stetit ⁊ aspexit: postea v̄o retro ip̃m stans in dorso detrusit ⁊ recessit. Sup quo nimis pterritus ⁊ perplexus. cuidã deuoto p̃sbytero quod viderat reuelauit. Qui visionẽ perpendens nec in cassum reputans: ait trepidanti. Forte dñs noster vult vos ꝓbare: ad sustinendũ aliquid oneris vobis imponere. Preparetis ḡ dorsum vestrũ ad portandũ pie cum eo crucem quia flagellat omnẽ filiũ quẽ diligit. His dictis consolatus est homo cõmittens se deo: qui nihil facit nisi ꝓ bono. Nec diu post extitit. venit sup eũ tribulatio et despectio hominũ: quã crux prius visa in somnis p̃figurauit. Ipse v̄o diligenter premonitus ad patientiã se disposuit: ⁊ post dignã ꝓbationem bono fine vitã terminauit.

Exemplum aliud.

Q Uidam deuotus frater p̃ ceteris sacris libris in passione dñi se exercere studuit: ⁊ imaginem sancte crucis in magna reuerẽtia habuit. Et vbicũq; aliquã crucẽ vidit. humiliter inclinans libenter se signauit: memor dei sui pro se crucifixi: quem amare ⁊ honorare desiderauit. Quadã igit̃ nocte vidit in visione quandã imaginẽ sancte crucis in pariete cuiusdã ecclesie pendentem: multis vulneribus ac plagis sauciataz. Quã nimis dolenter aspiciens: flexis genibus ⁊ iunctis manibus suppliciter adorauit. Statimq; imago dextrũ brachium suum de cruce ad eũ extendit. ⁊ dexteraz manum sibi porrexit. De quo cum multũ de tanta dignatione miraretur: dictum est ei Hoc pro bono re quem mihi in cruce exhibuisti. Exinde cepit maior deuotio in corde eius erga imaginem sancte crucis excrescere: ⁊ dulcius ei fiebat de passione dñi quotidie meditare legere ⁊ orare.

Oratio de laude sancte crucis.

O Dulcissima ⁊ amantissima crux dñi mei iesu xp̃i foris nimis tristis ⁊ amara: sed intus diuina dulcedine plena O arbor decora ⁊ fulgida: mẽbris xp̃i tanq̃ p̃ciosis margaritis ornata. O vitis fecũda: duris clauis pforata. O oliua speciosa: sanguine xp̃i colorata: aqua lateris eius sanctificata. O lignũ vite: portãs regem glorie ꝓ mũdi salute. O crux scutuz inexpugnabile. vexillũ regis incõpabile. signũ salutis ammirabile: in titulo capitis habẽs scriptũ tale iesus nazarenus rex iudeorũ. Salue iesu nazarene. laus angelorũ. vita beatoruz: venia peccatorũ. salus oĩm ꝓplorũ. O crux salutifera ab eterno p̃uisa ⁊ electa: tu oĩm virtutum floribus adornaris. digne adoraris: miraculis choruscas. fructibus eterne salutis exuberas: sup oĩa aromata redoles. morbos corporis ⁊ anĩe sanas: iustis celũ aperis. pctõribus veniã p̃bes: diabolũ fugas. infernũ frãgis. captiuos liberas. redẽptos beatificas. O crux arbor speciosissima sup oĩa ligna siluaꝝ bñdicta: tu cedro altior palma latior. ci p̃sso odoratior. balsamo nobilior. vite fecundior. oliua pinguior: ficu dulcior. buxo viridior. quercu fortior. rosa pulcrior. lilijs cãdidior O crux splẽdidissima sole excelsior. stellis clarior: luna lucidior gẽmis micantior: lapidib⁹ p̃ciosior. auro dignior. argẽto melior nardo efficatior. cũctis aromatib⁹ ⁊ medicinis salubrior. O crux valde amabilis. sũme venerabilis: esto mihi pectõri ꝓpicia ⁊ placabilis dux bone vite. lux recte vie. ꝓtectrix ab hoste: liberatrix in tremẽdo iudicio: ⁊ pia susceptrix ĩ regno supno. Assiste mihi ĩ agone cõforta in fide: spem venie tribue. charitatẽ cordi infunde: et cũ felici fine ex hoc mundo migrare ꝯcede: vt p te me recipiat: q̃ in te pependit ⁊ me redemit: ihesus xp̃s dñs noster

Laudat mũdus amatores suos. milites fortes ⁊ barones: qr ꝓ patria ⁊ ciuibus suis bellauerũt: ⁊ piculis multis ac morti viriliter se exposuerũt: ⁊ cõe bonum omnibus priuatis ⁊ ꝓprijs p̃tulerũt: q̃tomagis xp̃s laudãdus ẽ ⁊ amãdus: q̃ ꝓ oĩbus nob crucifixus est ⁊ mortuus: vt in eternũ viueremus et cũ

eo in celis regnaremus Amen.

Explicit sermo primus. Incipit secūdus De veneratōe ⁊ cōmemoratiōe beate marie virginis.

Stabat iuxta crucē iesu mater ei⁹. Dilecti fratres dignū est ⁊ consequēs vt post memoriā sancte crucis habeat̄ etiaꝫ specialis memoria doloris beatissime semꝑ virginis dei genitricis marie: que astitit fideliter dilecto filio suo ihesu pendēti in cruce: atq; ꝓ totius mūdi moriēti salute. O flebile spectaculum matris ⁊ filij crucifixi: matris lacrimātis ⁊ filij condolentis: matris deficientis et filij alloquentis matris sub cruce stantis et filij in cruce pendentis: matris suspirantis et filij expirātis. O immensi doloris magnitudo. nūq̄ obliuiscēda: sed in corde deuotorū fixe tenēda. Scripsit pylatus titulū in tabula super crucē: ihesus nazarenus rex iudeorum. Scribe etiā ⁊ tu eūdē titulū in corde tuo aureis lr̄is ꝯtra derisus hoīm ⁊ terrores demonum: ⁊ liberabit te iesus xp̄s rex celorum ab omni p̄ssura iniquorū. Si ita feceris astabit ⁊ tibi mater iesu maria p̄cibus suis: ne desperes in extremis et angustijs tuis. Nulla em̄ mater tam magnū in natiuitate filij sui gaudium ⁊ solacium habuit sicut hec beatissima sensit: que filiū dei cōcipere ⁊ parere meruit. Nulla em̄ mater tantā tristiciā ⁊ intollerabilem dolorē in morte carnalis filij sui habuit et ꝑtulit: sicut hec beatissima et amantissima mater in passione p̄dilecti filij sui ex cōpassione ꝑsensit: qñ iuxta crucem eius stetit ac doloris gladio cōuulnerata amarissime fleuit. Certe tantis visis doloribus in filio quē singulariter sup̄ omnia excessiue diligebat: mirum valde fuit ꝙ vltra in corpe viuere potuit: cuius animā totiens doloris gladius pertransiuit: quotiēs filiū torqueri ⁊ illudi vidit vel audiuit. O vere singulare martirium in desolata matre ⁊ tenera virgine: que acrius torquebat̄ in corde cōpatiendo filio: q̄ martir aliquis suspēsus in eculeo. Fratres si dñam nostrā diligitis ⁊ eius patrocinium in omni tribulatōe desideratis: tunc stetis cum ea iuxta crucem iesu compatiendo sibi ⁊ dilecto filio suo ex intimo corde: vt ⁊ ipsa iteruꝫ sedule oret ꝓ peccatis ⁊ negligentijs vr̄is in morte. Qui em̄ nunc sepe ⁊ deuote passionē dñi et lachrimas tristissime matris eius pio mentis affectu recogitat et ꝑpendit: sperare debet de miscōia dei. ⁊ beniuolentia amboꝝ matris ⁊ filij ꝙ sibi etiā aderunt in necessitatibus suis: ⁊ subueniēt cōsolando iacentem in extremis. O q̄ leta erit anima illa que iesum ⁊ mariā dilexit ī vita sua: ⁊ tristem stationem marie iuxta crucem iesu omni die reuoluit in mente. Felix religiosus ille cōtemnens omnia solatia mūdi: qui dñam nostraꝫ sanctā mariā elegit sibi in matrē consolantē ⁊ totius vite sue custodē ꝓtegentem. Nulli dubiū quin pia ⁊ misericors marer consolatrix pauperū. ⁊ orphanorū adiutrix. loquet̄ libenter ꝓ fideli seruo suo de mundo ꝑgenti verbum bonū ⁊ suaue: placando faciez dilecti filij sui redēptoris nostri p̄cibus suis sanctis dicēs. Fili mi amantissime miserere anime famuli tui amatoris ⁊ laudatoris mei. sicut tu bene nosti ⁊ vidisti: de cuius ore sancti angeli sepius mihi deuote salutationis gaudia nunciarūt: qui etiā ad laudandū nomen sanctū tuū et meū plures secū fratres imitare cōsueuit. Hic etiā notarius noster scribēs sacros libros. ⁊ amator sancte crucis: libenter orans ⁊ psalmos cantās qui audito noīe sācto tuo atq; meo reuerēter solebat ad nos inclinare ⁊ geniculando salutare. Transiēs ꝑ viam ⁊ videns alonge crucē: memor passionis tue exhibuit tibi reuerentiā inclinando se ad crucē. Cernēs etiā in ecclesia vel in aliquo loco pictam imaginē meā vel te in sinu meo iacentem aut sedentē vel quasi mortuū int̄ brachia mea pēdētē: stati cōpassus ē ⁊ doluit. fleuit ⁊ orauit: genua flexit et adorauit. Hic sine osculo amoris a nobis nō recessit: ꝫ tota die ac nocte dolores sanctorū vulneruꝫ tuorū ⁊ fletus oculorū meorum in corde suo abscōdit: ⁊ intime mihi cōpati studuit. Memor ergo esto horū fili mi charissime: ⁊ da ei nunc inuenire misericordiā corā te: me cū oībus angelis ⁊ sanctis tuis ꝓ eo instantia magna supplicante. Fratres ista modo attēdere debetis dum adhuc sani estis: et tēpus emendandi habetis. Procuretis iam vobis tales amicos ⁊ aduocatos: qui loquantur ꝓ offensis debitisq; vestris verbum bonū deo valde gratum: ⁊ recipiant vos in eterna tabernacula sua. post huius mundi pericula ⁊ laboriosa certamina. Non enim inuenietis fideliores amicos ⁊ potentiores in celo et in terra: q̄ iesum regem angelorum. ⁊ mariam dominam nostram reginam celorum. Si amatores christi estis. tollite crucem christi. sequimini crucem: stetis iuxta crucē. amplectimini crucē: nō relinquatis crucem: donec

veniatis ad ieſum xp̃m verã lucez qui dicit. Ego ſum lux mũdi: qui ſequit me nõ ambulat in tenebris Si cõſolari in oñi tribulatõe queritis: accedite ad mariã matrẽ ieſu iuxta crucẽ ſtantẽ, flentẽ ⁊ dolentẽ: ⁊ oĩa grauamina vſa aut cito recedent: aut leuiora fiẽt. Eligite hanc benigniſſimã matrẽ ieſu p̃ cunctis parẽtibus ⁊ amicis vſis in matrẽ ſpecialem ⁊ aduocatã ante mortẽ: ⁊ ſalutate eam angelica ſalutatiõe frequẽter: q; hanc vocẽ audit valde libẽter. Si malignus hoſtis vos tentat ⁊ a laude dei ⁊ marie impedit: nõ caretis nec laudare ⁊ orare ceſſetis: ſed eo ardẽtius mariã inuocate. mariã ſalutate: mariã cogitate: mariã nominate. mariã honorate: mariam ſemp glorificate. marie inclinate. marie vos ꝓmendate. Cum maria in cella manete cũ maria ſilete: cũ maria gaudete: cuz maria dolete. Cum maria laborate: cũ maria vigilate: cũ maria orate: cũ maria ambulate: cuz maria ſedete. Cum maria ieſum querite: cuz maria ieſum in vlnis portate: cũ maria et ieſu in nazareth habitate. Cum maria i hieruſalem ite: cum maria iuxta crucẽ ihesu ſtate: cũ maria ieſum plorate: cum maria ieſum ſepelite. Cum maria ⁊ ieſu reſurgite: cũ maria ⁊ ieſu celos aſcẽdite: cum maria ⁊ ieſu viue/re ⁊ mori deſiderate. Fratres ſi iſta bene co/gitatis ⁊ exercetis: diabolus fugiet a vobis: ⁊ in ſpũali vita ꝓficietis. Maria libenter ꝓ vobis orabit ꝓ ſua clemẽtia: et ieſus libẽter matrẽ ſuã exaudiet ꝓ ſua reuerẽtia. Parum eſt omne qõ agimus: ſed ſi p̃ mariã ⁊ filium eius ieſum humili ⁊ ꝓtrito corde ad patrem accedimus: miſericordiã cõſequemur ⁊ gratiam in hoc tpe: ⁊ gloriã in futuro cũ ipſis ſine fine. Felix aĩa deuota que habet ieſum ⁊ mariã amicos familiares in hac vita: ſodales in menſa. comites in via: puiſores in neceſſitate: cõſolatores in tribulatione: adiutores in periculis. conſultores in dubijs: ſuſceptores in extremis. Beatus religioſus qui ſe reputat peregrinũ in hoc mũdo: ⁊ ꝓ ſummo ſolatio habet ieſum et mariam in cordis hoſpitio. Exẽpla de ſalutatõe angelica.

Frater quidã libellũ in cella pdidit. quẽ diu ſollicite querẽs inuenire nõ potuit. Cũq; de eius ammiſſione triſtaret ⁊ de inuentõe eius iam deſperaret: cõuertit ſe ad oronẽ inuocans beatã virginem ꝓ angelicã ſalutationẽ. Cum ergo ſolito more aue maria legere inciperet ⁊ eandẽ ſepe repeteret, ⁊ inter hec de libello dolens cogitaret: ſubito ei venit ad mentẽ tale inſpiramentum: vbi ſedebat iuxta lectulũ orans ante beate marie virginis imaginẽ. Quere hoc ante te ſub ſtramine lecti. Statim manũ ſuam ad aſſerem lectuli extendit: volens explorare an ibi aliquid abſconditũ iaceret. Et ecce leuato modico ſtramine: mox libellus manu tetigit ⁊ extraxit. Quo viſo miratus eſt. et p̃ gaudio libellũ oſculans deo gratias egit: et beate virgini angelicas orones ſibi ꝓmiſſas ꝓtinus ꝓſoluit. Et dixit. Forte dña nra voluit aliqua aue maria habere: ideo non potuiſti tam cito libellũ inuenire. Bonũ eſt ergo aue maria ſepe legere: ⁊ matrẽ ieſu deote inuocare. Aliud exemplum.

Quidã frater ſcribens libros in cella: q diabolo inſidiante ſordida cogitatione moleſtabat. Quod ſentiens et indigne ferens ſtatim ſurrexit vt cellam exiret: ⁊ iſtam vexationẽ citius euaderet. Sed anteq̃ exiret deo inſpirante reſpexit ad beate virginis imaginem q̃ apud ſe habebat: ⁊ deuotõnis cauſa ſalutare ſolebat. Mox igitur flexit genua: ⁊ iunctis manibus cepit legere deuote aue maria. Et ecce continuo affuit gratia diuina: ſubueniente ſibi pia dña noſtra maria cum nobili ꝓle ſua benedicta. Nam incepta et in tente plecta ſalutatione angelica. cum in fine iam dixiſſet ieſus xp̃s amen. mox in ſemetipſo ſenſit dei virtutem et ab omni nocta quietez. Stupens ergo de celeri exauditõe: cognouit in p̃ſenti articulo magne angelice ſalutatõis vtilitatẽ: contra quãlibet hoſtis impugnationez. Et gratias agens deo. ait intra ſe. Nunc ſcio vere: quia potens eſt dña noſtra ſancta maria iuuare ⁊ eripere oẽs clamantes ad ſe. Nocte ꝺo ſeqñti talis ei viſio apparuit dormienti. Videbatur eñ ſibi q̃ in orto pomerij ſolus tranſiret Cui occurrens ſathanas: ipſum terrere ⁊ fugare cepit. At ille perterritus a facie eius: cepit ꝓcurrere vt euaderet manus eius. Et cum non auderet extra ſepta monaſterij trãſire: ex repentino curſu ſubito cecidit in foſſam aque in limum ꝓfundi. Timens ergo ſubmergi cum nullum adeſſe videret qui eũ iuuaret et extraheret: cepit intra ſe angelicã ſalutationem legere ⁊ auxilium petere. Mox igit cũ dixiſſet ihs xp̃s amẽ. raptus eſt de ꝓfundo lacu aq̃ ⁊ ſup aridã tre reſtitut⁹. Tũc valde exhilarat⁹ ⁊ q̃ſi de laq̃o mortis erept⁹ exꝓgefact⁹ ẽ ⁊ ad ſe plene reuerſ⁹. Erigẽs ꝙ ſe i lectulo p̃ gaudio cepit flere: ⁊ ꝓ gratiarũ

one flexis genibus legit attēte sepissime aue maria. Addidit etiaz hec verba. Aue maria dulcis dña nr̄a gr̄a plena: dñs tecū misericordie porta.

Exemplum aliud.

Duo fratres regulares ibant pariter partes superiores: pro pia causa visitandi parētes ⁊ amicos in christo fidelis. Contigit ergo paululum eos a recto itinere deuiare Dixit itaq; senior iuniori Frater videtur mihi ꝙ erramus: reuertamur iterum ad publicam viā. Reuertentes ergo ad priorem locū cepit senior orare ⁊ beatam virginem inuocare: vt mitteret eis recti itineris ducē et bone societatis viatorē. Cunq; iam aliqua suffragia cū hymnis ⁊ collectis de beata virgine legisset: ecce occurrit eis vir quidam in specie ꝑegrini baculū et saccellum in dorso ꝓ viatico secū ferens. Qui salutatis fratribus: dixit se velle tendere sursum ꝓ indulgētijs ad sctm̄ quirinū ⁊ libēter cū eis comitari. Sequebant̄ ergo velociter recti itineris ducē ꝑ longe vie spaciū: donec venirent ad optatū hospicij sui locū. Tunc senior cognoscēs diuinū eis affuisse auxiliū. ampliores gr̄as deo et beate virgini studuit referre pro ducatu bone vie: memor verbi scti petri apl̄i dicētis. Oēm sollicitudinē vestrā ꝓijcientes in eū: qm̄ ipsi cura est de vobis.

Aliud exemplum.

Frater quidā in tribulatōne positus habuit vsum inuocādi iesum ⁊ pijssimā matrē eius mariam. Et qñ tentabat̄ viciosa aliqua passione vel tristicia: statim confugit ad passionē dñi ꝑ orōnē angelicam: inuocādo iesum ⁊ mariā in adiutorium cōtra tentationē. Quadā igit̄ nocte vidit in somnis diabolū sibi occurrē ⁊ velle nocere. Et cū timeret ledi nec posse effugere: cepit silenter aue maria legere. Sed cū ille audisset ihesum noīare: statim auertit se ab eo ⁊ cepit fugere ⁊ cito currere. Quo viso: clamauit frater adhuc altius post eum iesus iesus. ⁊ quāto fortius clamauit: tāto celerius p̄currebat sathanas ꝑterritus voce dulcis noīs iesu et matris eius marie. Et subito cadens nō cōparuit. Hoc vidēs frater p̄ leticia cordis euigilauit: ⁊ ait. Si cuz vno aue maria possum diabolū fugare: quid habeo tunc timere.

Exemplum aliud.

Erat apud nos laicus quidā egbert⁹ noīe senex ⁊ ꝓuecte etatis: deuotus deo ⁊ btē virgini ac feruidus sctē pauꝑtatis amator. Hic ꝑm vires suas fortiter laborauit terrā fodiēdo ⁊ trāsuectādo: atq; in laboribꝰ desudans dñice passionis labores recogitabat: ⁊ fatigatus ex labore ꝓ reuelamine corporis orōni insistebat: hūc sathanas diu tentauit vt de monasterio recederet. et ꝑ mūdū mendicatū iret: putās ꝙ hoc deo magis placeret: et qꝛ hic multa cōmoda haberet q̄bus indignus esset. Sed ab hac opinione ꝯsilio prioris ⁊ fratrū ammonitionibus retractus est. ne se ꝑiculo daret: ⁊ ꝑ mundū vagādo finaliter erraret. Sepe em̄ callidus tentator sub specie melioris boni simplices decipit. ⁊ a bono incepto ꝑ mutationē loci ad incōstātiā animi trahit. Cunq; adhuc minime ꝯtentus esset ad manendū: nec tñ auderet inconsulte sine licētia recedere: inter hec tentamēta cōfugit ad beatā virginē ꝑ deuota orationū suaꝝ suffragia. Quadā igit̄ die fatigat⁹ ex labore. reclinauit se ad orandū iuxta vehiculū suū: sicut sepius faciebat inuocādo beatā virginē ⁊ noīando iesū xp̄m. Cū ergo solus iaceret ꝓstratus in terra: parū soporat⁹ est dulci sopore in dño. Uiditq; valde venerabilē dñam sibi assistere: ⁊ pia ammonitiōe hec verba dicentē. Maneatis in loco isto: et qd̄ prior vobis ꝯsulit ⁊ dicit h̄ faciatis. His dictis. honorabilis dña statim disparuit ⁊ ille ad se reuersus ⁊ exꝑrectus vberrime fleuit Deinde ad priorē festināter accessit: ⁊ ea q̄ viderat ⁊ audierat ꝑ ordinez cū gemitu ⁊ fletu ei referebat. Ad quē prior tanq̄ pastor bon⁹ ouē tristē cōsolando respondit Bñ placet h̄ mihi care egberte. Maneat̄ nobiscū: sic̄ dña nr̄a vobis mō oñdit ⁊ dixit. Nec diu postea suꝑuixit: ꝫ ꝓ breui labore eterna p̄mia accepturus. cū multa patīa ī obediēiia ꝑseuerās bono fine in octaua scti iohis apl̄i ⁊ euāgeliste infra matutinas obdormiuit in dño: āno dñi millesimo quadringentesimo vicesimo.

Explicit sermo scd̄s. Incipit tercius.

De laude dulcissimi nomīs iesu: ⁊ dulcissime matris eius marie.

Spiritus me⁹ sup̄ mel dulce: ⁊ hereditas mea sup̄ mel ⁊ fauū. Digne quidez frēs ⁊ pulcre satis v̄ba et̄ne sapīe ad matrē referūt̄ miscd̄ie: de q̄ ortus est sol iusticie xp̄s. Dulcis ih̄s dulcis maria: ⁊ nō est in eis amaritudo aliq̄: ꝫ sūma pietas māsuetudo charitas ⁊ miscd̄ia sine mēsura. Btūs q̄ adheret vestigijs hūilis iesu. ⁊ ad matrē eius deuote se ꝯuertit: vt inueniat gratiā in ꝯspectu eorū. Recollige ḡ fidelissime ꝑue dei ī vaum fasciculū facta iesu q̄ egit

et dixit: ꝛ pderunt tibi plus ꝙz oēs thesauri mūdi. ꝓtractа etiā apō te sedula mēte sā-ctissime matris iesu actus ꝛ verba: ꝛ erūt aie tue solaciosa: atq; sup oīa aromata dulciora ꝺelectaꝯ corpus odoribus bonis ꝛ repatur ciborum fomētis: aīa aūt virtutibus veris ꝛ meditationibus sctis nutriꝯ cōfortaꝯ ꝛ letaꝯ ℚrto ꝺo pfectioribus quis instat studijs et nobilioribus se subdit magris: tanto clarius edoceꝯ: ꝛ ad culmē btitudinis citiꝰ pueniet. Sūmi mgrij ꝺtutis. ꝛ totiꝰ sctitatis lumīaria sūt ihs ꝛ maria q̄s ꝓ modulo tue puitatꝭ tibi añ ponere debes: ꝛtāq; pītes intueri ihs iū ge te: his familiarē ꝛ deuotū te exhibe. ℚbi cunq; audieris aliq̄d de iesu ꝛ maria recita-re: ibi aurē diligēter accōmoda: ibi morā diu tius trahe: ꝛ q̄d edificatiōis ac latentis insit dulcedinis pensa. ℚuotiēscūq; etiā ad opꝰ diuinū accesseris pagendū: vel qñ ad labo-rem cōem siue pīuatū actū fueris euocatus pīmū ad celū oculos leua: ꝛ iesum atq; ma-riā specialiter inuoca: ꝛ ipsoꝝ ppetue custo-die supliciter te cōmēda. ℴffer te q̄z bñpla-cito eorum in cūctis agēdis: vt fiat actio tua deo grata: primo vtilis. tibi salubris. Sit sp intentio tua pura. ferueat volūtas bona: sit labor discretus. sermo circūspectꝰ executio p seuerās. in sctī nois iesu laudem. ac bñdicte matris sue honorē. Hic incipe laudare vene rari ꝛ amare: vt in futuro merearis cuz ipsis regnare atq; imppetuū cū angelis sctis eos laudare bñdicere ꝛ p̄dicare. ℒaus iesu su auis ꝛ pulcra laus marie amabilis ꝛ decora ℒetus igiꝯ lauda. tristis exora: digni eñ sūt oī laude: ꝛ oī tpe pariter inuocādi. ℚuanto frequētius in eorū laude te exercueris: tanto in amore plus cresces: atq; in deuotiōis gra cōualesces. ℳunq; tui obliuiscenꝯ: si tu non fueris eorū oblitus. Et si eos neglexeris qō absit: aut male te rexeris. qō lōge deus auer tat: vel a deuotōe cōcepta tepueris qō deus nō pmittat: necesse erit dignus castigationi-bus te flagellari: ꝛ aduersitatibus ad mentē reuocari: vt discas cū deo sollicitior cōuersa ri: ꝛ gratiā pītitam de cetero vigilantius cu-stodire. Tunq; memēto bñfactoꝝ illoꝝ: et deplora negligentiā tuā ꝛ ingratitudinē ma gnā: quā stulte incurristi. Felix qui meretur ammonitōes iesu in spū audire. vt se in meli us corrigat: q̄tenus post fletus amaros itez in iocūdos rapiaꝯ excessus. Excedit nanq; pietas iesu oīa pcta mūdi: ꝛ benignitas ma-rie nūq; poterit exhauriri. ℴ si posses in amore ꝛ laude iesu multū pficere: ꝛ bñdicte matri sue marie digne deuoteq; seruire. Sz quid facies qz dignus nō es eos aliquaten⁹ noīare: cū sis hō fragilis tepidus ꝛ negligēs in multis q̄z frequēter offendēs? ℚuō ergo laudabis: cū nō sit speciosa laus in ore pctō-ris? Decet eñ sanctos a iustis ꝛ dignis lau-dari. Silendū igiꝯ an aliquid dicendū? Ve tibi si nō laudaueris: ꝛ ve tibi si indigna la-bia aperueris. ℚuid facies vt misēdiam in-ueniās: ꝛ offensam nō incurras? Nihil meli⁹ ad captandā beniuolentiā benignissimi iesu et misericordissime marie matris eius. q̄z vt hūiles temetipm in oībus: et sub oībus te in-clines. atq; in nouissimo loco te ponas: indi gna ꝛ vilia de te veraciter sentiēdo: ꝛ ad ni-hilū si q̄d boni senseris rediendo. Ita placa biꝯ deus: ꝛ miserebiꝯ tui ihs. Maria q̄z ora-bit p te: ꝛ cōsolaberis in hūilitate tua. Non pfunderis a facie eorū: ꝙ copiose recipies sol uendo cantica laudis. ℚō si digne laudare nequeas. age qō vales. redde qō habes. Re frigerabit eñ te intentio pia: donec ditior fi-as ad reddēda obsequia meliora. ℚui ma-gni sunt ꝛ valde deuoti. laudent magnificeꝛ deuote: qui aūt parū olei habēr: ꝛ hoc ipm li benter filio olei ꝛ matri gre sacrificēt. Videt silendū ꝓpter excellentē gloriā ꝛ dignitateꝫ magnifici germinis matris ꝺginis: ꝙ qñ pu fillos ꝛ pctōres maria nō spernit. misericor-diter vociferationē tuā in cetu laudantium admittet: sicut ꝓpheta sctūs dicit. Paupeꝛ inops laudabūt nomen tuū. Idcirco modi cum dicendū fuit ꝓpter deuotōis incitamē-tum: ꝛ si nō plurimū diserte. humilioꝛi tñ ge nere et affectu ꝓmptioꝛi pro virium quanti-tate. ℚui sunt sublimioꝛes in celo: et hu-milioꝛes in terra? ℳonne ihesus et Maria? Jesus seruum se fecit: maria ancillam se no-minauit. Charitatē amboꝝ totus exptus esꝰ oꝛbis: dignitatē eorū celi p̄dicant ciues exer-citus adorat angeloꝝ. ℴ si posses illis inter esse: ꝛ indefessis vocibus dulce nomen iesu ꝛ dulcissime virginis marie collaudare. ℴ q̄z bonū ꝛ q̄iocundū est istis seruire: qui nobis tam fideliter q̄z humiliter seruierūt. Seruite dño filij hoim: q̄ vobis sepius seruire digna tus ē. Seruite genitrici dei: q̄ vobis sctē ser-uitutis exēpla ostēdit. ℴ quātū decet sum-mos honorare patronos: q̄ plus oībus iuua re pīt: ꝓ quoꝝ manus iudicia supna trāseūt ꝛ implenꝯ. Omni ergo hora implorādi sunt qui ab hostibus mētis ꝛ corpis defenduntꝯ ꝛ

suis seruitoribus eterna gaudia ꝓferunt. In qualibet necessitate ad ihesum et mariam recurre: oēm grauitatē tuam eis expone: confitere delicta. deplora cōmissa. Pete veniā. ad ripe penitentiā: spem resume. emendationē promitte: ⁊ de auxilio gratie bene cōfide. Si faciliter laberis: citius resurgere cura. Libēter annuent votis supplicū. nō despicient gemitum pauperū sed gaudebūt etiā sup te angeli scī. cuz cōuersus fueris ex toto corde ab omni deformitate peccati: ⁊ meliorem vitam assumpseris scōm formā xpi et matris ihesu benedicti. Tu tantūmodo caue offensam: et illi optata nō negabunt p̄sidia. Tu debitā exhibe reuerentiā: et illi curā tibi adhibebūt firmissimam. Amen.

Oratio.

t Ibi dñe iesu et sanctissime matri tue virgini marie: cōmendo aiam meaz ⁊ corpus meū custodiendū in vitam eternā. O vnica spes mea iesus et maria: in omni tribulatiōe et angustia succurrat mihi pietas vestra. Vos estis patroni potentissimi: sup oēs sctōs amādi. Nō habeo pauper et peregrinus in hoc mūdo tam fideles et caros amicos ex oībus caris ⁊ notis meis: sicut de vobis confido.

Explicit sermo tercius. Incipit quartus. de deuoto seruitio beate virginis et recordatione nominis eius.

m Emoria mea in generatiōe seculorum. Maria pauptatis amica humilitatis via: patiētie forma. et in oībus p̄fecta. Ab exordio natiui/tatis iesu pauperculā vitā duxit: et vsq; ad exitum eius in cruce patientiā cōstanter tenuit. Hanc seque placeat: hāc honorare humili et deuoto obsequio decet: atq; quotidie perpēdere oportet: qd gratitudinis et specialis di/lectionis ei intētius exhibeaī. Libenter gauderis cū maria in celo: fer etiam libēter pauptatē et cōtēptū cum maria in terra. Intuere humiles mores eius ⁊ virginalē verecundiā inter suos sodales: et cōpesce tuas leuitates ac fuge tumultus. Caue offēdere iesum ⁊ mariam verbis vanis: ⁊ factis indignis. Nō est eni leue: tā caros offēdere patronos. Videt oia q̄ geris: et qualē te in emēdatiōe prestite vincit sapiētia maliciā tuā: et benignitas eorū ad penitētiā te adducit. Si errata cognoscis: muta statū tuū in melius. In bonis pse uera: et de bonis dei gratias deuote retribue

Fecit ita beata maria cū esset repleta spūsctō et iesum portaret in vtero. Discе māsuetudinis ei⁹ exēplo occurrētes grauitates pie tollerare: ⁊ submitte te ordinationi diuine. sicut ordinatū est. ab eterno. Ihs erit adiutor tu⁹ maria erit tibi mr fidelis: esto tu fili⁹ bon⁹ et seru⁹ deuotus ad oē bonū paratus. Vis facere quod placet beate virgini? Sis hūilis patiens: sobri⁹ castus verecūdus. Feruidus māsuetus internus mēte deuotus. Raro, sis extra: lege scribe sepius ora. Seruitū marie nec longū videri debet nec onerosum. Delectabile est et letabundū: tali dñe cordet voce famulari. Nam abisq; notabili retributione nō erit: quātūcūq; modicū in ei⁹ honore impensum fuerit. Parua obsequia hūilis mater nō aspernaī: modica oblata pia virgo libēter acceptat: cuz spōte et deuote offerūtur. Novit q̄ magna dare nō possum⁹: neq; ipossibilia exigit a seruulis suis misericors domina māsueta regina. Nescit nobilis illa natura indigētibus nō miseri: que misericordiam vniuerso pepit orbi. O q̄z gratiose recepit fideliter sibi seruiētes: que tā frequēter querit monitis suis et miraculis euidētibus misere in seculo viuētes. Quāti fuissent eternaliter cōdēnati. vel in desperatione pmāsissent obstinati: nisi benignissima virgo maria ꝓ eis interpellasset ad filium. Digne ergo de ea dicī q̄ sit mīatrix miseroz: ⁊ auxiliatrix oīm peccatoz. Nō nostra querit nec nīs indiget cui celestia ad nutū famulātur. Amat nostrū bonū cū a nobis exigit seruitiū: cupit nostrā salutē: cū postulat sibi exhiberi laudē. Et q̄ nōis sui memoriā celebrari ꝓspicit: inde q̄rit occasionē būfaciēdi nobis. Delectaī em̄ seruitoribus suis rependere vicem. Valde fidelis in promissis: et largissima ī donis. Plena est delitijs: ⁊ sp angeloz fruiī cōcētib⁹. Attū hoīm seruitijs iocūdaī: vt honor dei ⁊ salus multoz latius inde propageī. Flectiī lachrimis miseroz. cōpatiī doloribus tribulatorū succurrit periculis tēptatoz inclinaī p̄cibus deuotorū. Si quis inhesitanī ac hūiliter ad eam cōfugerit. ⁊ dulce atq; gloriosum nomē eius inuocauerit: vacua manu ab ea nō recedet. Habet adherētes plurimos: ⁊ sibi obediunt angeloz chori: quos mittere potest in solatiū destitutoz. Demonib⁹ iperat. ne aliquē molestare audeāt qui ei⁹ dictioni se subicit ⁊ cure. Expauescūt celi reginā spūs maligni: ⁊ diffugiunt audito noīe sctō ei⁹ velut ab igne. Horrēt sctm̄ et terribile nomen marie: quod

christianis est sume amabile ⁊ vbiq; celebre. Mō audēt aparere nec possunt sua ludibria exercere: vbi nouerint nomē clarē sctē marie Tāq; tonitruū de celo factū sit pstemunt ad sancte marie vocabulū: et quo sepius illud proferē ac desiderabilius inuocaē: eo citius ⁊ longius ipsi fugātur. Rursuz angeli sctī et spiritus iustoꝝ letātur ⁊ cōgaudent deuotioni fideliū: eo q; tā libenter ⁊ sedule frequētant memoriā sancte marie: cuius honorabile nomen in oibus patet finibus ecclesie: que eius noi specialiter sunt dedicate. Et ꝓgruū ac dignū est pre cunctis sanctis dei honorari matrē a terrigenis: quā vniuersitas angeloꝝ venerat laudibus excelsis. Marie itaq; nomen oibus fidelibus venerandū. deuotis spamandū. religiosis āplectendū. secularibus cōmēdandū. peccatoribus pdicandū: tribulatis insinuandū. in periculis oibus inuocādū. Ipsa est ꝓpinquissima deo ⁊ charissima dei filio nato suo iheſu bñdicto: potens fiducialiter intercedere ꝓ flebilibus ade filijs: vt ignoscat eorū delictis. et sucurrat periclis. Mā cū oportunitas se prebuerit nō tardat in auribus filij sui verbū bonū proloqui: ⁊ misericordiā ipetrare indigentibus. Exaudiet aūt promtissime in oi causa sibi cōmissa. pro singulari sua reuerētia: qñ benignus filius eius ieſus auctor salutis generis humani. nihil negās eā honorat. Quapropter quilibet fidelis et deuotꝰ cupiēs mūdi naufragia euadere. ⁊ eterne saluationis attingere portū: cōfugiat ad dominā nostrā sanctā mariā: cuiꝰ ineffabilis pietas miseris sapit dulcius ⁊ fortius inheret: vt merito de ea abūdātius prēsumere liceat Reuera ab infantia creuit cum ea miscōia: nec eā reliquit in celo vt paupex suoꝝ modo obliuiscaē: sed vberius ipsam ac dulcius ipleuit Et licet olim sit altissima atq; felicissimꝰ circūamicta gaudijs nō ē tū humilitatis sue oblita: ꝓ quā meruit dignissime super oēs sublimari. Jōq; nouit ad minimos seruulos suos dignāter se inclinare: gaudēs aduocata miseroꝝ fieri: atq; orphanoꝝ mat apellari. Amen.

Explicit sermo q̄rtus. Incipit q̄ntus. de dolore et consolatione beate marie virginis.

q

Vasſ mirra electa: dedi suauitatē odoris. Alme ẏginis marie exempla: sūmo tibi desiderio sunt recolenda. Ipsa eñ vt mirra electa fructū obtulit odifex in patiā: et abūdātiori diuine dulcedinis solatio iocūdissime est refecta. Fortissimū inuenies ⁊ tu solatiū: si marie nomē gustaueris corde tuo īsertū. Habebis etenī multa bona: si bñ fueris cū maria. Dilectio sctē marie expellit oēm estū carnalis cōcupiscētie: ⁊ donat refrigeriū castimonie. Dilectio sctē marie facit mōm ꝓtēnere: ⁊ xp̄o in hūilitate fuire. Dilectio sctē marie ab oi malā societate cōfuat: ⁊ ad religiose puersatōis puritatē informat Dilige ergo sctāz mariā: ⁊ pcipies specialē grām. Jnuoca mariā: ⁊ obtinebis victoriā. Honora mariā: ⁊ habeb mercedē ppetuā. Duo ꝓfert pcipue bona sctā cōuersatio marie ad memoriā sepe reducta Jn bonis docet te deū ex intimo corde laudare: ⁊ in aduerſ patiētē pmanere. Ipsa sine intermissiōe deū ꝓ acceptis bñficijs altissime laudauit: q̄ ab ipso ceteris excellētius accepit. Ipsa in pssuris hui⁹ seculi mitē se ſp exhibuit: ⁊ ꝓtēptibilia magis q̄ ꝓspera elegit. Nullum diē sine dolore trāsijt: nec tū sine magna ꝓsolatiōe int̄ angustias fuit. Dis q̄pe tribulatō ꝓ xp̄o suscepta dulcorat ⁊ letificat: ⁊ quāto crebri⁹ q̄s maloꝝ ictib⁹ terit̄: tāto potionibus donis augeri merē. Doluit nāq; vehemēter virgo btā ꝓ mōi erroꝝib⁹ et ꝓ multoꝝ malitijs: cōpassa fuit vere penitētib⁹ et diuīt̄ptatis. Doluit ꝓ magna ingītudie hoīm. q̄bus ds pat misit filiū suū vnigenitū ex claritate incarnatū: vt redirēt ad paradisum p adā olim amissuz. Doluit de pditione prauorū q̄ ꝓtēnebāt audire dei verbū: q̄ potius diligebant mōm q̄ celū: ⁊ diuitias magis q̄rebāt fallaces q̄ virtutes veras. Doluit de innocentiū opp̄ssione ⁊ violentia malignoꝝ: de cōtēptu pauerū ⁊ elatiōe supboꝝ: de negligētia diuini cultus ⁊ de trāsgressione celestiū mādatoꝝ. Et q; mōs totꝰ in malignitate positus erat: et pauci ad videndū lumē eternū q̄ mūdo illuxerat se disponebāt: sūme pietatis mater cōpassionū stimulis abūdabat Jnhis patiētissime se habuit: ducēs vitā martyrio plenā: fundēs lacrimosas pces cū singultibus p salute aiaꝝ. Q̄ si latꝰ attēdere velis q̄ ⁊ quāta in psecutiōe atq; passione dilecti filij sui sustinuit: inuenias eam nimirū tot amaras potiones ebibisse in vita: quot ieſus habuit etatum momēta ⁊ mēbra vulnerata. Qñ eñ passus ē ieſus aliquē defectū ⁊ abiectionē hoīm: ⁊ illa nō defecit ꝓ ꝓpassionem? Si doluit qñ ihm ad horā pdidit: quātū fleuit cū crucifigi ⁊ mori vidit? Motū ē amātiꝰ ihm: q; matern⁹ affectus excessit in ꝓdolēdo signalē deuotoꝝ modū. Jō si experiri gestis

vim doloris in mſe:cogita vehementiã amoris in virgine. Rursum gaudiũ marie nemo effari potest:nemo affluentiã dulcedinis eius ꝛ ꝓsolatiõis magnitudinẽ valet cõprehẽdere:qñ ibi amplior leticia et ꝓsolatio: vbi plenior infusio gratie atq; frequẽtior dei visitatio cõsueuit adesse. Hinc ꝛ ardẽtior sp exercessit diuine laudis affectus: ꝛ innouat̃ totius interioris hõis status. Mõ ꝑmittit gr̃a celestis aiam sctãm deũ sup oĩa amãtẽ sine interna ꝓsolatõe viuere ꝙ ad supna cõtinuo erigit. ꝛ in agendis sapienter illustrat accendit in meditatõib⁹ sctis:ꝛ deuotũ reddit in gratijs referendis. Quãto aũt maior gr̃a ꝛ puritor vita:tãto letior cõscientia ꝛ deuotior oratio laudãtis. Hec nãq; ꝙuersatio a terrenis separata tumultib⁹. nec infimis retẽta desideriis quotidie angelicis inseri apetit choris: ꝑsentibus supelcuat̃ reb⁹:et sũme trinitat̃ estuat perhẽni gloria frui. Quã gl̃iaꝫ nullus sctõꝝ sic limpide ꝓlibauit in hac vita sicut beata et gl̃iosa ỽgo maria: oĩm ꝓtẽplantiũ ac deũ benedicentium ardentissima exoratrix effecta.

Imitare iã nũc ꝛ tu matrẽ dei auditis laudationũ suaꝝ ꝑconijs: q̃ten⁹ ꝛ ipse in numero deuotoꝝ merearis ꝑcibus mr̃is ỽginis cõputari. Studeas sollicite in ꝑ nolatis virtutũ passibus sctissimã subseq̃ mariã:ad ꝓsequendã celestis gl̃ie palmã. Cõtristare satis de ꝑteritis negligẽtijs tuis. et defectib⁹ non dum victis:q̃bus deũ ꝛ oẽs creaturas offendisti. Requiter egisti in seculo: tepide cõuersatus es in xp̃i seruitio: ideoq; tibi lugendũ. ꝑmo sup teipso:de hĩc ex charitate ꝑ ꝓximo Cõpatere itaq; periculis male viuẽtiũ:q̃bus eternus instat cruciat⁹ nisi recipiscãt a malis Multi male agunt ꝛ nesciũt:plures ꝓuita tes suas cognoscũt:nec tñ emẽdãt. Pro his dolendũ ꝛ orandũ:vt det illis ds cõpũctois spñs ad salutẽ. Ora etiã ꝑ amicis et bñfactoribus ꝑ aduersarijs ꝛ detrahẽtib⁹ tibi:vt pijs tribuatur gr̃a digna. odiosis cognitio bona: oĩbus aũt pax xp̃i cũ mĩa. Ora vt oẽs deum diligãt. et mãdata ei⁹ custodiãt: vt creatorẽ suũ creature rõnales glorificẽt: ꝑpt̃ q̃s deus cuncta mirabilia fecit. ꝛ seipsum exinaniuit: marie ꝛ ioseph humiliter subiect⁹. Itex esto grat⁹ diuinis bñfitijs toti humano generi ꝑ sacratissimã dei genitricẽ dignãtissime collatis:reuerẽtiã ꝛ honorẽ eidẽ iugiter exhibẽdo Cũ eñ lex nature iubeat parentib⁹ carnis reuerentiã ꝛ amorẽ oĩ tpe deferri:multomagis matri gr̃e filij ecclie. debẽt esse grati ꝛ gratiosi:atq; dei genitricẽ sup parẽtes ꝛ cognatos oñes amare. Oportet etiã te addiscere votiuis laudibus ad deũ cũ maria ascẽdere ꝛ ei⁹ patrocinijs fidelit̃ inniti nõ tuis viribus cõfidere: ne mens tua oppressa passionib⁹ retardetur iferius: ꝙ quotidie nouis desideriijs accensa sursum libere tẽdat: vbi cũ iesu angelorꝝ regẽ gloriosa celi regina pia virgo maria feliciter regnat. Sed heu denuo descẽdere cogit in hãc vallem lachrymarꝝ mortalis infirmitas:post breuẽ gustationẽ cõsolationũ diuinarũ. Et tũc iterũ necesse est clamitare ad matrẽ multarũ misericordiarꝝ: vt suggerat misericordi filio suo te nõ habere vinũ feruoris ꝙ indigere sacro deuotõis vnguẽto. ad se debita cũ veneratiõe laudandũ. Eteni ipsi cura est de egenis ꝛ cõtẽptoꝝ mundi:ꝛ de cõtẽptis in mũdo ꝓpt̃ iesum ꝛ euãgeliũ regni. Ideoq; vtile multũ scire locum refugij a facie inimici:vbi ꝓtegaris a sagittis acuti:vbi lateas a frigoꝝ ꝛ tribulationũ ꝓcellis. Nõ est tutior locus ad latendũ q̃ sin⁹ marie: nec equus velocior ad euadendũ man⁹ ꝑsequẽtis: q̃ oratio fidei missa in castellum regalis domicelle nostre sctẽ marie. Nam ꝛ ipse iheſus hoc castellũ intrauit:sumens ex ea sacra corpis sui mẽbra ad expugnãdũ ꝓncipẽ tenebraꝝ. Intra ergo ꝛ tu sub hui⁹ castelli vmbraculo:orans die ac nocte vt a cũctis malis imminẽtibus eruaris meritis sctissime virginis:sub amplissimo ꝛ pulcherrimo mantello dñe nr̃e latitãdo secure. Eteni orãte sctã maria ruit oñis turbe maligna. Juuãte maria: euades pericula cũcta. Ipsi paup habet domiciliũ:ibi infirmus inuenit remediũ:ibi tristis accipit solatiũ: ibi turbatus merẽt ꝓsiliũ ibi destitut⁹ acquirit iuuamẽ. bene tibi ꝛ multum bene: si ita te exhibueris dignum ꝛ obsequiosum bñplacito sctẽ marie: vt eius gr̃am obtineas in pñti:et gl̃iam cũ electis oĩbus in futuro. Tene illã nec dimitte eã donec te bñdicat:et ad celi palacium felici gubernatione perducat. Amen.

Explicit sermo quintus. Incipit sextus. de excellentia meritorũ et ꝓuilegijs donoꝝ beate marie virginis.

Multe filie cõgregauerũt diuicias: tu supgressa es vniuersas. Dilecti fratres estote fideles serui iesu xp̃i et deuoti amatores sctissime mr̃is eius virginis marie: si vultis cũ eis sp letari in celis. Tũc eritis deo ꝛ bñdicte mr̃i sue dilecti: si corde humiles et corpe fueritis casti: si

corum cõtinẽtiũ se a secularibus actibus carnalibusq; desideriis ostẽdit qz multi sunt ex parte eius. Opera ꝓbant cuius fuus qs fuerit. Ait ꝙ xps| Qui seqr me nõ ambulat in tenebris: ꝙ habebit lumẽ vite. Jn mũdũ hũc veni vt q nõ vidẽt videãt: zqui vidẽt ceci fiant Ac si diceret. Ego hũilis et paup in hoc mũdo apparui hoibus vt exẽplo meo efficiant simplices z hũiles: z intelligant opa diuina z celestia miracula ad credẽdum mihi. Et qui seipsos peccatores z despectos et quodãmõ cecos z inscios cognouerũt: p gram meã illuminari digni erũt. sicq; capiãt deuota humilitate: qõ supbi et aqud se sapientes nequaq; intelligere queunt: atq; idcirco in cordis cecitate z stulta opinione manẽt: estimãtes suã doctrinã certiorẽ meã aũt dubiosam z mũdo exicialem. Sicut olim iudei xpm pñtẽ in carne contẽpnebant: sic mõ plures carnales eũ contẽpni hũt z in cecitate proch dolor ꝑseuerant. Malũt potius credere sibi q; euãgelio z carni magis seruire q; deo. Atq; ideo lon/gos optant dies z voluptuosos sup terrã: celum aũt respicere negligũt: z q; velociter tollent ex hac vita nõ attẽdunt. Hec si cogitas nimirũ senties melius esse seq hũilẽ deũ crucifixũ z passum ꝓ nobis: z merito nos debere pati cũ illo et relinq a parẽtibus et amicis in hoc mũdo. Mane igit apd deũ q te vocauit z ne discedas ab amore ei⁹: ꝙ ascẽde arborem crucis vt inde videas iesum ambulãtem z viam ad eternã vitam ꝓparantẽ. Hec est via ait ꝓpheta: ambulate in ea. Via crucis vita nostra: via electoꝝ. via paucoꝝ: via amara via vite z salutis: via breuis: via directa. via laboris: via pfectõis. Via inquã crucis est ꝙ ducit ad gliam: ad latitudinẽ. ad regnum celoꝝ: ad multa milia z frequentiã angelorũ. ad dulcedinẽ mirabilẽ z interminabilem: ad longitudinẽ dieꝝ in seculũ seculi. ad desideratũ finẽ oim fruitionũ z appetitũ coroniũ: ad requiẽ z pacem securissimã: ad iocunditatẽ z exultationẽ amenissimã. Que breui quodã versiculo qui cantat in festo sctẽ crucis ꝓpulchre tangunt. Serui crucis crucẽ laudant: q; per crucẽ sibi gaudẽt vite dari munera. Quia ergo vita christi crux fuit: debz vita christiani etiam crux esse. Et multo magis vita monachoꝝ clericorũ: et oim religiosoꝝ in cruce erit. Extra crucẽ nõ est salus preter crucẽ nõ venit ad regnũ xpi. Oportebat pati xpm z resurgere a mortuis: z ita intrare in gloriã suam. Si aliã viam q̃rimus: errabimus z in perditionẽ ducimur. Et qui crucẽ fugere cupimus: in medũ lacus ardẽtis picis z sulphuris incurremus Crux nostra eterno cruciatui cõparata est delectabilissima. Labor noster ꝓpetua requie donãda: leuissimꝰ est. Frãgere voluntatẽ ꝓpriã crux est. z forte qua maior vix est: ꝙ in iferno qs vmq; vel in minimo sua voluntate vtit: cũ semp qđ nolit pati cogat: quod voluerit nũq; accipiat. Et licet recordare q; recepisti bona in vita tua z similiter lazarus mala. Comedisti z bibisti: z saturatus es nimis. Melioraz delicatioraz elegisti tibi vestimenta: et ornatus es. Risisti cantasti saltasti pre leticia: nec ꝓhibuisti corã tuũ a voluptatibus: ꝙ qđcunq; libuit sine cõtradictiõe implesti. Et hec existimasti partẽ tuã et regnũ tuũ z gloriã tuam: nec de lazaro quicq; cogitasti. quãtũ egeret quãtũ pateret quantũ infirmaret. Recordare ergo fili q; recepisti bona in vita tua: z lazarus similit mala. Nũc aũt hic cõsolat: tu xo truciaris. Ille dum viueret crucẽ habuit z ad modicũ spaciũ se sustinuit: tu dũ viueres celum tuũ in terra habuisti z libẽter vitã i delitiis ꝓtraxisses sed nũc ille nec penã corpis nec anie patitur: ꝙ in requie beata letat: tu xo z modo cruciatũ in aia habes. z postea simul in corpe z aia torquẽdus dãnaberis. Hec meditare iter tẽtationes tuas: z dño aspirãte cessabit earũ impetus. Nam solet ardor ardore expelli: et labor labore gratiore minui. Sta ergo in loco isto quẽ elegisti: z eleua patiẽtie clipeũ cõtra ictus tentationũ: mori eligens magis q; cedere antiq hostis vexationib⁹. Qui vicerit ait spũsctũs faciã illũ columnã in paradiso dei mei z scribam sup eũ nomẽ patris mei z nouẽ ciuitatis noue hierusalẽ. Jnsup scoꝝ exẽpla intuere: z eoꝝ suffragia iugiter quere Memẽto quãtũ sancti ꝓ vita eterna laborauerunt: in qua nũc cũ xpo sine fine regnãtes gaudẽt. Quãto in mũdo despectiores z pauperiores fuerũt: tãto nũc glorioſiores z nobiliores in celo refulgẽt. Propter amorẽ igitur xpi z locus z status inferior semp plus placere debet z dulcescere cordi tuo: qz vanitas est in hac vita aliquid apparere. Quãto in inferiori et humiliori statu quis fuerit: tãto veri⁹ sepe bona agit z facilius habita custodit. Si alij nos pcedũt: quid ad nos? Sequamur ie/sum in humilitate z simplicitate: z nõ curem⁹ humanã vanitatẽ. Nos ꝓpter xpm stulti ignobiles z infirmi: nos ꝓpter illum libẽter simus abiecti et nouissimi reputati. Ego inq;

Quarit ingredien dd.

Ψ 21 sum vermis et nō homo: opprobriū hominū
et abiectio plebis. Que maior gloria: q̄ cum
xp̄o gloriari in cruce? Que maior consolatio
cordis: q̄ portare viuētē ymaginē crucifixi?
Cōfortare igit̄ et esto robustus: et ne timeas
q̄ ego tecū sum vt liberē te dicit dñs. Cōpas-
sus tibi locutus sum tā q̄ infirmus infirmio-
ri: vt pariter in dño consolati per ipsum cōua-
lescamus in ipso. Amen.

Incipit epistola de cōuersione et perseue-
rantia in bono p̄posito.

Plecte frater intime cōgaudeo tibi:
D' q̄ inueneristi locum deo seruiēdi. Sit
dñs noster ex hinc bñdictus: q̄ te vo
care dignatus est ad suuz seruitiū. Agnosco
hāc vocationē donū dei esse: qm̄ nō ex meri-
tis tuis ꝑ fm̄ miscōiam suam de seculi vanita
tibus te eripuit. et in electā societatē p̄duxit:
vbi audires atq̄ oculis etiā cerneres qualit̄
illi seruires. Q̄ multi diuites nobiles et po-
tētes q̄ multi sapiētes litterati et famosi ado
lescētes in hoc seculo miserabilit̄ fluctuant et
abicere iugū diaboli a suis ceruicib⁹ nō p̄ua
lent nec illo spū adhuc mouent̄ vt seculo re-
nūcient. O vanitas vanitatū mūdū diligere
et q̄ dei sunt minus curare. Veniet tēpus ve
niet cito tēpus qñ oēs seculares et carnales
delectationes simul finē habebūt: et tūc relin
quent vel inuiti p̄sens seculū: qui mō volun-
tarij nō sunt abrenūciare pōpis eius. Tu āt
dilecte frater maiorē gratiaz a dño accepisti:
q̄ inter tot sodales tuos a mltis piculis cor-
poris et anie a laqueis diaboli es p̄seruatus
et in loco apto ad saluandā animā tuā cōsti-
tutus. O quātas gr̄as deo debes qui regnū
suum p̄merendū obtulit: qō diues pecunia
possidere nō pōt. Et q̄ mirāda dei gratia vt
inualidus et imperitus sanctoꝝ viam fortiter
ambulet: q̄ robustus et doctus sepe subsequi
vix valet. Recogita vbinā sunt olim tecū
studētes vbi illi socij familiares: cū q̄bus vi-
uere et ludere fm̄ carnē dulce erat: cū quibus
peregrini in remotis partibus nō amore xp̄i
ꝑ cupidine tēporalis p̄cessus et lucri iocūdū
tibi videbat̄: q̄ multi iam obierunt q̄ multi
etiā vagi in seculo remāserūt. Bene de ipsis
cū sancto moyse dicere potes: cōsideratis fi-
nibus eoꝝ. Vtinā saperent et intelligerēt: ac
nouissima p̄uiderent. Audisti alios romam
pergere et p̄ bñficijs laborare: alios parisius
residere et ad magisteriū tendere: alios p̄ece
ptis dignitatibus et platuris in medio ꝑli ex
altatos iā esse Tu aūt q̄d? Gratias deo quia
nihil hoꝝ attēptasti: imo et ꝑpt̄ xp̄m iā velu-
ti sterco⁹a ista mūdana culmina et gaudia re
putans: adiecisti etiā teipsum cōtēpnere lo-
quens cum beato dauid. Elegi abiectus esse
in domo dei mei: magis q̄ habitare in taber-
naculis pctoꝝ. Tu vtiq̄ elegisti hodie dñm
deū in patrē cui seruire regnare est: ꝑ quo hu
militari in p̄nti seculo eterne exaltationis tibi
causa erit. P⁹o illo labo⁹ requies, penuria di
uicie, cōtemptus hono⁹, tribulatio cōsolatio
infirmitas robur, mero⁹ gaudium tibi sp̄ sit.
Et quo purius et ardentius eū amaueris: eo
vilio⁹a terrena oia censebis. Caue tñ charissi
me ne aliq̄n p̄mittas maligni spūs p̄siliū in-
trare co⁹ tuū: vt p̄tristeris q⁹ amicos et socios
reliquisti: et q⁹ ipsi iā magni dñi effecti nūcia-
tur: et tu adhuc p̄manes in innocētia tua Ho
li audire eos qui te in aliā viam conant̄ tra-
here: et dicunt. Vsq̄quo sic transies. et quare
ad altio⁹is status gradū nō tēdis: nec aliud
opus inchoas vñ alijs etiā aliquē fructū fe-
ras? Solet eñ dyabolus post aliq̄ tēpo⁹a cō
uersionis tēptare seruū dei de p̄teritis rebus
in seculo: de amico⁹ visitatiōib⁹, de multo⁹
socio⁹ suo⁹ cōuersionibus: q̄tenus talib⁹ co
gitationibus eū retrahere possit ad seculum
aut impedire a p̄fectu et ab obliuione mūda
no⁹. Sed credes exptis. nocet dei seruo me-
moria et retractatio vite secularis: qui mūdo
plene sibi est mortuus. Nocet etiā persuasio
blanda multo⁹ loquētiū de altio⁹i gradu et
melio⁹i loco q̄ veluti sapiētes p̄udēter cōsu-
lere volunt: ꝑ sensum xp̄i in abiectione et hūi-
litate. in fuga mūdi. et teno⁹e artio⁹is vite nō
habent. Mā nudū xp̄m seq̄. aut recusant aut
pigrescūt incipe: ne videant̄ p̄rimis solaciū
subtrahere. Et q⁹ gr̄am nō sentiūt q̄bus de⁹
sibi seruiētes et oia relinquētes imbuit et p̄for
tat: durū fmonē hūc esse dicūt: oibus amicis
et rebus p̄p̄ijs abrenūciare. Et sicut ipsi sa-
piunt: ita et alijs libenter p̄suadent. Sz p⁹a
tales loquit̄ sentētia saluato⁹is. Cauete inq̄t
ab hoibus. Adulti eñ sunt qui pulchris ser-
monibus et aptis vt ipsis videt̄ rationibus:
viam leuem et planā cōmēdare sciunt. et ho-
minē imperitū q̄q̄ iustificāt et laudāt: atq̄
per tales fmones bñ p̄ficientē et firmiter stā-
tem q̄q̄ vacillare faciunt. Verūtñ deus cō
teret dētes co⁹ in o⁹e ipso⁹: q⁹ iusta iter san
cto⁹ nō ambulāt neq̄ loquunt̄. Nō veniat
ania mea in cōsiliū eo⁹: et domus eo⁹ longe
sit a me. Ideoq̄ frater dilecte nunq̄ tibi pla
ceat talia audire: et multo minus credere vel

lis. Siue enī diabolus instigat siue homies fabulenť: quod incepisti in eo pmaneas ob/ secro Recurre ad euāgeliū: ꝛ optimū audies remediū. Quid ꝓdest hoīm si lucretur vniuersum mūdū: seipsuz aūt perdat? Hoc apō te sp retine: ꝛ cuiusuis manº pugnauerit cōtra te: scuto euāgelico vtere. Sed solent qui dam hoīes sine spiritu ꝛ scientia dei obijcere qñq; seculo renūciātibus. Ergo qui in seculo sunt peribunt: et vos soli salui eritis? Aut nō pōt aliquis venire ad celum: nisi ita viuat sicē vos viuitis? Quid fabulamini sic iniuste contra deū ꝛ seruos dei? Neq; hoc xps dixit neq; serui eius ita locuti sunt. Benefacite iuste viuite ꝛ mādata dei custodite: ꝛ nemo vobis salutē negabit. Ad hec illi iterato. Mandata inquiunt vellemº seruare: ſ nō possumº Si debemus lucrari victū et necessaria vite: oportet nos sepe ꝓtraria agere. Qui cū seculo cōuersamur: secularia negocia quō cauebimus? Si ista pfecte cōsideratis ꝛ pericula atq; fallacias mūdi nō ignoratis: quid ergo obloquimini q; serui dei mūdū fugiūt. ꝛ monasteria aut cōgregatiōes deuotoꝝ intrant. vt deo sine tali ipedimēto seruiant? Si imitari nō vultis aut nō valetis: ad minus congaudere ꝛ adiuuare bonos ꝓ vra salute deberetis Sed nō plus frater de istis: quia nec taliter loquētes excusationē hūt de peccatis suis. Cōstanter igiť age xps q; tibi incipe donauit: ipse pficiet cōsolidabitq; in finē ꝓpositum tuū. Ecce tēpus breue moꝛs incerta: oia caduca ꝛ vana in mūdo. Multi iā in sepulchris fetēt q; diu se viuere estimabāt. Recesserunt a memoria hoīm: q; in oꝛe ꝛsabanť oīm Colit mūdus pītes: absentes nescit: deserit morientes. Beatius ergo cōtēpnere fallacem mundū et seq; veritatē: que nobis pariter cōcedat vitam eternam. Amen.

Incipit epistola de pia mēoria defūctoꝝ.

Ultum iā tps preterijt dilecte frater q; decreuerā aliq̄d ꝓ pia mēoria defunctoꝝ caritati tue insinuare: ꝛ maxime parentū nostroꝝ ꝛ amicoꝝ specialiū. oīmq; deuotoꝝ quoꝝ nomina deus in libꝛo vite scribere dignet. ꝛ inter sanctos suos collocare anias eoꝝ: sicut ꝛ coꝛpoꝛa eoꝝ apud nos sepulta sunt in terris Nos debemº libēter ꝓ eis ꝛ ꝓ oībus fidelibus defunctis oꝛare: q; hoc opus est summe caritatis ꝛ mie. Sicut igiť nob desideramº subueniri post mortē: ita et eis quātū melius possumº dño opitulante laboꝛemº subuenire.

Qui enī ꝓ aniaꝝ liberatōe fidelis ꝛ sedulus fuerit: nimirū ꝛ sibipsi plurimū pficit cū ꝓ talibus oꝛās nequaq; se spoliat oꝛonis fructu. ꝛ insup sibi recoꝛdationē mortis adducit: et vix sine cōpūctōis gꝛa ad solita erit. sciēs q; oēs viā vniuerse carnis ingressuri sumº: et q; illi iā expleuerūt certissime sibi cōstat futurū. Oꝛemº igiť ꝓ caris nris. q; post modi cū eos sequemur: ꝛ cū melius habuerīt oīno in eadē necessitate recoꝛdabunť nri. Non sit fides nra oꝛetenº neq; q̄ in facie sunt respiciamus: ſ dilectionē faciamº siue pītes siue absentes coꝛporaliť fuerimº Charitas enī nūq; excidit: ꝛ qui se in veritate diligunt: seipsos obliuisci nō poterūt. In necessitate ꝓbatur amicus fidelis Eteni impiū ꝛ crudelē nimis si videas fratrē tuū aut amicū coꝛdis tui carceri traditū vel flamis iniectū nec moueꝛs ad fletum et cū manū porrige possis nihil agas charitatis. ac etiā si loq̄ aliq̄d ꝓ ei quiueris liberatione clauso ptrāseas oꝛe. O fidelē samaritanū q; viso hoīe vulnerato a latronib et expoliato mia motus est. Heu heu pincerna mgr̄o q; oblitus est ioseph sui interptis: cū de carcere esset eductus Sic timeo q; multotiens cōtigit cū aliq̄d amicoꝝ obierit et ꝓ se instanter oꝛare petierit ac fidei viuentiū se cōmēdauerit: q; nōnūq; obliuionem accipit aut paruā aut tardā sentit adueīre expiationis hostiā. quā speraſſet. Propt q̄ dilectissi me meipsum ꝛ te pariter āmoneo vt pietatis oculū frequēter dirigamº ad memoriā defunctoꝝ: ꝛ quicq̄d ꝓ eoꝝ absolutionē nouerimº ꝓdesse deuota exequamur festinatiōe. pōderātes q; graui tenēť tormēto: ꝛ q; nisi purgati fuerint ad requiē trāsire nō possunt. Eorū ei eteni cōsolatio ꝛ liberatio: maxīe in xpi meritis ꝛ sctoꝝ suffragijs ꝛ fideliū constat oblationibus. Simus ergo feruētes ad soluēda bīficia salutaria: ꝛ deuotę oꝛemº ꝓ eis generaliter ꝛ priuatim. Attēde vigilias legamº libēter ꝛ sepiº ad missaz ministremº: ꝛ cū sacerdote vota labioꝝ nroꝝ i cōspectu sūmi ꝛ veri sacerdotis offeramº: q; est hostia dignissima ad exhauriēda oīm pctā In illa hoꝛa dū xps in altari inter manº sacerdotis deo patri pro salute viuoꝝ et defunctoꝝ offerť: teipm cura cum oībus tibi in oronibº cōmēdatis offerre in acq̄sitionē ꝛ possessionē ppetue salutis: ꝛ vt oēs sint participes huiº pciosissimi sacrificij qd̄ imolatū semel in cruce sufficiēs est pciū ꝓ pctis totiº seculi. habeas tūc specialē memoriā eoꝝ q; tibi sūt cōmēdati: ꝛ recita noia eoꝝ

in pñtia xpi: ꝛ reuerēter ac deuote sepi⁹ flecte genua cordis tui vbi cōsistis añ fontē miserationū dñi. Quotiēscūq; etiā te ad pceptionē corpis xpi ꝓparas ꝛ pceptū tecū habes, esto q̄so memor fideliū defunctor ꝛ implora tāto ardentius miscōiam eius, quāto certius retines in te pignus eterne redēptiōis. Sepe de mane sepe de vespe. ꝑ ꝛ in labore ꝛ tpe scpture charissimor tuor recogita obitū: quō habeant. ꝛ quō aliquid facias ꝓ eis qđ ipsis ꝑt ꝓdesse ꝛ tibi nihil obesse. Añq; comedam suspiro ait sctūs iob. Ex quo verbo pietatis ꝛ cōpassionis tibi innit opus: vt nūq; cibū corporalē sumas nisi ꝓus fidelib⁹ defunctis aliquam spiritalē elemosinā mittas. Ego noui aliquor talē esse ꝓsuetudinē: q̄ signo refectorij facto se expediūt ꝛ vacāt oīes ad refrigerium animarū fidelium quorum elemosinis sustentantur.

Incipit epla deuota ad quēdā regularē.

Sta sunt precipue necessaria ꝛ vtilia ꝓ cōseruatione deuotōis ꝛ pace cordis. ꝓ profectu virtutū ꝛ edificatōe alior: scz solitudo, silentiū, opus manuū. oratio. lectio. meditatio, scptura ꝛ: pauptas, sobrietas. obliuio patrie. fuga seculi. quies claustri. visitatio chori. ꝛ custodia celle. Cū his obstruationib⁹ fit hō cōpunctus intern⁹ ꝛ deuotus. Nimia occupatio in externis magnū impedimētū est interior: et infrigidat a celestib⁹. Duo sunt q̄ valde nocent religiosis q̄ tam parū illūinant: q̄ sunt nimis multiplices in exercitijs corporalibus, nō ꝓsiderātes ad qđ oīa ordita sunt: et q̄ nō examināt solicitē interiora sua q̄bus affectionibus moueāt ad ꝟtutes vel ad vicia. ꝛ quātū distāt ab vnione cū deo hūda. Nā tāto qs deo vnit ꝛ plus illūinat: quāto a mūdi curis magis elongat. Multa nō sunt hoi necessaria scire nec habere: sed curiositas ꝛ auaricia trahunt ad multa añe nociua. Placeat tibi ꝓpter xpm simplex vestitus ꝛ sobria mensa: nec ōras ꝑciosa ornamēta. Xps amat corpu rū. nō capā pulchrā: neq; casulā sericā mira varietate cōtextā. Nō optes vt monasteriū tuū abundet diuitijs ꝛ altis edificijs: ꝑ vt floreāt oīes frēs bonis morib⁹ ꝛ virtutib⁹ sctis Et si alicui pulchra ꝛ sūptuosa videas excusare potes ꝛ tollerare ꝓ honore dei ꝛ reuerētia loci: ꝑ nō debes silia affectare. Q̄ relinq̄s amicos ꝓpt xpm ꝛ nō q̄ris ꝓsolatiōes hoim ꝑ manes in cella faciendo opus tuū: tunc aderit tibi gratia celestis illūinādo cor tuū: ꝛ gaudebūt sup te angeli scti ꝛ custodiēt te ab ipugnatōibus inimici ne dominent⁹ tibi: ꝑ virilit ages et p̄cib⁹ eis resistes. Que ad secularē sciētiā ꝛ reputationē humanā trahunt oīno caueas: ꝑ sp būilia sectare sicut fecerūt ihesus ꝛ beata ꝟgo maria. Attēde q̄s vitā doctrinā ꝛ patiētiā sctor: q̄ habuerūt verā sapiētiā per quā soli deo placere studuerūt. Pius dñs nō derelinquit electos suos in mūdo afflictos: ꝑ tollit q̄q; eos tēpestiue de laqueis supuēturis ne deteriora mala incurrāt q̄ forte tolerare neq̄rēt. Debes sollicite cogitare de defectibus tuis et sepe ingemiscere: ne vincar⁹ vel seducaris. Ora ꝓmo ꝓ ꝓpijs miserijs: deinde ꝓ alijs amicis viuis vel defunctis sicut fratna charitas exigit. Plus tū cōfidere debes de dei gr̄a ꝛ mia ꝛ sctor meritis: q̄q; de tuis p̄cibus ꝛ actibus bonis. Habeas firmū ꝓpositū te emēdādi: ꝛ si centū ānis posses adhuc viuere. cogita q̄ propter nihil aliud velis viuere: nisi vt deo possis pfectius seruire. Cōtra tria vicia oportet q̄tidie certare. q̄ raro plene vincunt: scilicet cōtra superbiā. cōtra gulā ꝛ accidiā. Superbia latet in corde ꝛ multiplicit extollit stultū i ꝓpria estimatione sua: aparet sepe in vestitu. aperit in voce notat in incessu ꝛ leuitate morū. Gula graue est viciū: q̄ si refrenata nō fuerit fac hoiez dissolutū pigrū et ad spūalia ineptū: inducit somnolentiā ꝛ excitat libidinē. Accidia multū retrahit a spūali exercitio ab intēta oratione ꝛ sacre lectōis studio: q̄rit carnis mollicie. fugit laborē. odit cellā. diligit fabulari: delectatur vanis rumoribus. attediat inesse dīnis. Qui nō certat virilit aduersus ista tria vicia pax ꝓficiet in bona vita: ꝛ cito cadet ad alia peiora mala ex istis nascētia. Dilectio dei ꝓbat magis i ꝓtēptu sui ꝛ oīm trenor q̄s i pulchritudie ꝟborum. Plus ds delectat i hūili ꝑce ꝓtriti cordis q̄s i alto clamore curiose vocis. Sp hūil inueit gr̄az: ꝛ q̄ sodat ad hūilē obediētiā: optimā hēbit ꝓsciam ꝛ q̄etissimā vitā Sepe ē occulte supbie signū desiderare hre magnā deuotionē vel reuelationē: potius te iudica dīna ꝓsolatōe indignū. Nā de defectibus tuis atq; excessibus cogitare magis placet deo ꝛ vtilius est tibi: q̄s indagare de celestibus secretis. Q̄diu nō es ver⁹ hūilis: ꝛ tot⁹ ab intra mortificatus, ita q̄ laudibus nō delectaris nec maledictis mouearis: non expedit tibi altiora pscrutari. Xps sepe cōpescuit apl̄os de multis futuris ꝛ subtilib⁹ materijs loq̄. Cur ꝑ tu vis scire q̄ excedūt sciam tuā

abūda ꝓsciam tuā ꝛ caue ꝑsumptionē: ꝛ stu de diuinā discere ꝛ facere volūtatē nō ꝓpriā. Sic enī orat sctūs dauid magn⁹ cognitor ce lestiū secretor. Dñe ad te ꝓfugi: doce me fa cere voluntatē tuā. Quicqd g̃ hūiliorē te non facit ꝛ ad mai⁹ bñplacitū dei nō tēdit noli cu pere nec curare: qr deo obligaris mundā ser uare ꝓsciam ꝛ seculi abūcere vanitatē. Ver ba dñi nr̄i iesu xp̄i cū magna diligētia atten de: dauiticos psalmos sepe rumina: qr̄ i illis ē vera sapia ꝛ salus tua. Passionē xp̄i ꝛ vul nera iesu i corde tuo q̃si i libro scribe: ꝛ totaz spem tuā i meritis xp̄i et sctor̄ pcibus pone. Quid enī nos fragiles agere possum⁹: nisi q̃ multū hūiliemus nos sub potēti manu dei: ꝛ corā ipso ꝓstrati veniā petamus? Resistēdo vicijs ꝛ insistendo bonis exercitijs ꝓcupie et passiones paulatim minuunt in nob: ꝛ vtu tes ampli⁹ roborant. ita vt hō delectet i eis frequēter: ꝛ maxie si honorē dei ꝛ nō suū cō modū vel pacē ꝓpriā q̃rat: qr aliter nō esset purū nec vere vtuosū. Mā q̃ ad deū oīa opa sua pure nō refert: supb⁹ ē et van⁹. Quicqd boni hō facit. cogitare debet qr donū dei ē: ꝛ nō se reputet inde. Mā tenet deo regratiari ꝛ magis se hūiliare: ne imputet sibi ad pctū ꝛ graui⁹ de ingratitudine iudicet. Oīne opus bonū in deo factū gratiā maiorē meret: letifi cat mentē ꝛ delectat opantē: qr deū habet ad iuuantē. Qui desiderat a deo ꝓsolari taceat de mūdanis: oret sepi⁹ ꝛ raro sit foris. Oīne enī pctm̃ generat tristiciā. corrūpit naturā. ꝛ meret penā. Attēde donū dei i alio. ꝛ dilige illud sicut vere est donū dei. Erit autē tuū si diligis illud tāq̃ tuū: sp tū totū ad deū hūili ter referēdo. ne ꝓdas bonū male vtēdo. Tūc male vteris bono: si inde extolleris et vane gl̃aris. Tūc bñ vteris malo si inde hūiliaris ꝛ ꝓtristaris ꝛ p̃ piam emēdas: nec te supbe excusas. Status hui⁹ vite debilis ē ꝛ plen⁹ piculis: iō ad deū sp currēdū ē et orandū vt nos custodiat ꝛ adiuuet in oīni luctamine ꝛ ope bono vsq̃ in finem.

Incipit epla ad quendā cellarium tribus capitulis diuisa.

De instituto marthe ꝛ cuiuslibet dispensa toris.

Capitulum. I.

Q Elia igit̃ charissime nūc officiū su scepisti marthe: nō debes bonū ꝛ sctm̃ ministeriū accidiose pagere: ꝑ fidelit̃ ꝓpt̃ xp̃m q̃ oīa nob⁹ admi nistrat: ꝛ ꝓpt̃ eterna salutē tuā exercere. In q̃ de q̃busdā necessarijs ꝓsideratoīb⁹ ammone dus es. Sic enī btūs paulus dicit. Hic autē q̃rit int̃ dispēsatores vt fidelis q̃s inueniat.

De fideli ꝛ prudenti seruo.

V Ade oportet eū ee fidelē cui ꝓmittit ministeriū tale: ꝑ ꝛ prudētē nihilomi nus ne videat sepi⁹ errare. Fidelem itellige i ꝓmissis: ne res negligat ne male cu stodiat: ꝛ ne quicq̃ q̃ vtilitati aut cōitati ꝓ desse possit ꝓ ipm deprauet: ꝑ magis pia cura emēdet. Prudētē vo i ipsis reb⁹: ꝓ tpe et ꝓ sonis distribuēdis. Vno tpe ꝓuenit dare: q̃ alio tpe licet negare. Quibusdā vtile ē ꝛ pū ꝓdescēdere i petitōib⁹: q̃busdā vo oportet te magis resistere. Quorūdā etiaz necessitates charitatis officio p̃uenīēde sūt. Si g̃ discre te agis ꝛ necessitatē pēsas i hoibus: prudentiā nō abiecisti. Si ꝓpateris infirmis ꝛ misereris egenis q̃pe teip̃m p̃us ꝓsideras q̃liter ꝛ alijs bñficijs: charitatē induisti. Talē te cu pio videlicet fidelē i ope: ꝛ prudētē in ꝓsilio An nō talē seruuz dñs in euāgelio requirit? Quis ē inq̃t fidelis seru⁹ ꝛ prudēs quē cōstituat dñs sup familiā suā: vt det ill̃ cibū i tpe Pro te ē si fidel̃ fueris: q̃uis te min⁹ prudentē estimare debeas: sīc paul⁹ dicit. Nolite ee prudētes apud vosmetipsos. Et iterū. Nō alta sapiētes: ꝑ hūlib⁹ ꝓsentiētes. Sic enī ꝏ seipsis sapiētes efficiunt sapientiores.

Recapitulatio de fideli seruo.

Q Talis ē aūt fidelis seru⁹: nisi q̃ nō q̃rit q̃ sua sūt ꝑ q̃ iesu xp̃i vt quicqd agit ei⁹ amore faciat. ei⁹ gl̃iā tm̃mō desi deret ꝛ expectet: atq̃ ipsi⁹ magis q̃ suā vo lūtatē seq̃t et dicat. Pr̃ fiat voluntas tua: nō mea. E duob⁹ tñ fuis fidel̃ poti⁹ ē q̃ prudēs eligēd⁹ atq̃ istituēd⁹ ad negocia. Sicdē fi deli suo nihil cari⁹ i domo: ꝛ amico fideli nl̃ la pōderatio ē maxie i ꝓsilio. Sz qd aliquē tā fidelē ꝛ vnanimē facit hoiem cū cor dei: cui libere credi possit? Primo vtiq̃ timor dñi de hinc dilectio sine simulatōe: postremo nl̃: li⁹ treni ꝓmodi q̃stus fidelē seruū ꝓstituunt. Talis erat vas electōis paul⁹: cui credita sūt tā mlta p̃ciosa ꝛ magnifica secreta. Et ipse fi delis inuēt⁹ ē i domo dei: ꝛ prudēt̃ se agebat in oīb⁹. Vñ ita dicit. Nō q̃rēs q̃ mihi vtile ꝑ q̃ multis. Itē. Nō q̃roꝝa ꝑ vos: nec q̃ro datū: ꝑ fructū. Quātū ꝛ ofert hoī fidelitas

Jdelitas ergo si fuerit inuēta i hoie F reddit ip̃m supiorib⁹ suis carū ꝛ p cioſū: eq̃libus amabilē. ceteris q̃ so/

dalibus suis valde venerabilē ⁊ gratiosum ita vt nemo iustā aduersus eū habeat q̄relā: ꝙ letent oēs de virtute fidelitatis eⁱ⁹. Hosti aliq̄s int nos ⁊ quāte sint recōmēdatōis: frequēter audis ⁊ gaudenter etiam pertractas Queris imitari vt bonū possideas: qđ in aliis laudas ⁊ bñ facis ꝙ meliⁱ⁹ dū pficis. Si q̄ intelligis te deficere doles impfectionē tuā: ⁊ velles vtiq; talis inueniri vt nemo impo/neret q̄relā seruituti tue. Ministras eīm dei fuis: ⁊ iō formidas ne sis indignⁱ⁹ ⁊ inutilis negligēs aut tardus. pdigus aut nimis parcus. Sed si niteris tū facere fm tuā possibilitatē. respiciēdo sp ꝑmo dei volūtatē atq; deinde ꝓximi necessitatē: erit dñs ꝓpiciⁱ⁹ tue insufficiētie quā debes maiorē q̄ alij putāt in te recognoscere. Nemo securiⁱ⁹ excusat q̄ culpā ꝓpriā agnoscēs se hūiliat. Etiā si alij excusant bonitati eoꝝ plus deputa q̄ tue innocētie.

De ꝓfidētia in deo tpe pauptatis

I Adomo vbi abūdat pauptas ⁊ mlti ꝓmēsales sūt: ibi angustior est via ministrādi. Nec idcirco tū deserēda est cura pietatis: ꝙ de dei miscōia ꝓfidendū. Tū in euangelio habes. Misereor turbe: q; iam triduo sustinēt me nec hūt qđ māducēt. Et ieiunos eos nolo dimittere in domos suas: ne deficiāt in via. Discipuli dicebāt. Dimitte turbā vt eant in castella et emāt cibi: ꝙ ihesus rīdit eis. Date illis vos māducare: vt ꝓbaret eos quāta eēt fides illoꝝ: in tāta mltitudine cū tanta pauptate panū ⁊ pisciū. Illi desperabāt de sufficiētia dicētes. Sed hec qđ inter tantas? Benignissimⁱ⁹ dñs qđ post hec dixerit audi. Facite homines discūbere. Accepit panes: bñdixit: iussitq; discipulis suis vt ponerēt turbis. Et māducauerūt ⁊ saturati sūt: ⁊ supfluit de fragmētis. In hac lectione intuere fidē quantā valeat: quō nō est desperandū ꝙ sustinēdū te nō habēte qđ apponas: da quātū potes. ⁊ dñs puidebit de futuro. Multū valet fides bonoꝝ in necessitate. Nec frāgūt nisi hūana plus q̄ diuina auxilia sperātes. Exēpla fidei audisti ab alīs: ꝙ nunqđ nō etiā exptus es? Dico qđ audiui a fratre ꝓbato: q; i q̄dā domo cū adessent mlti hospites paupes laborātes cū ceteris: ponebat rethe ad capiendū aliq̄s pisces. ⁊ tot capti sūt q̄t hospites aduenerāt. Et ꝓsiderātes bⁿ frēs deo gr̄as egerūt: q; tā clemēter ꝓsiderat dñs.

De libertate dandi.

Quando igit volūtas tua ꝑmpta est
q fm id qđ habes deo accepta ē: non fm id qđ nō habes. Deficiente autē
ſuba excusatio ē facilis: dūmō nō obsistat tenatia aliq̄ aut timor penurie seqntis. Prouidētia tū cū sit bona, pcitas nimia ne insidiet cauēdū ē. Date inqt oīm datori: ⁊ dabit vob Audiu vel vnū panē habueris dimidiabis cū xp̄o: nā retribuet oībus bñfaciētibⁱ⁹ ꝙ ⁊ in futuro. Dispsit dedit pauplb⁹: iusticia eius manet i seculū seculi. In te liberalitas sp agnoscat i timore dei: cū dilectiōe hoīm ⁊ odio vicioꝝ. Amplⁱ⁹ desideres te bñfacere: q̄ tenere aliq̄d i crastinum. Qui hodie dedit: cras etiā dabit. Neq; auaro vt ita dicā dat quod xp̄o dat. aut tenaci aut ingrato aut nescīēti aut obliuiscēti: vt necesse sit de singlis solicitari sumptib⁹ ⁊ dicere. qs nob alias aliq̄d redonabit? Oculi tui sp ad dñm: qm̄ nō est inopia timētib⁹ eū. Diuites eguerūt ⁊ esurierūt inq̄rētes aūt dñm nō minuēt oi bono. Spera i dño ⁊ fac bonitatē ⁊ ne amittas liberalitatē: loq̄re ꝓfident ad dñm cū ꝑpha. Oculi oīm i te sperāt dñe: ⁊ tu das escas illoꝝ i tpe opportuno. Apis tu manū tuā: ⁊ iples oē aial bñdictōne. Unū adhuc scio qđ gue possit esse dāti libēt: si restringit manⁱ⁹ eⁱ⁹ p obediētia supioris. Et ne ꝟtutē obediētie pdas: pēsa. q; melior ē obediētia q̄ victime. Attn bona volūtas tua pfecte pōt implere i paucis: qđ optaueris facere i oīb⁹ diuitijs. Qui paratus ē dare exiguū cū habuerit parū: nō vtiq; tardabit dare maiora cū dño largiēte diti or fuerit. In modico disce: qđ in magno esti mas te factuꝝ. Ihūane fragilitatⁱ ē nimiū somas te factuꝝ. Ihūane fragilitatⁱ ē nimiū somnia licitari de futuris: nec vti liberalit posse ꝓcessis misere mētis. Parco sp ē inopia: fideli totus mūdus diuitiaꝝ ē. Uide ḡ ne detrimētū tpale iferat tibi nocumētū spūale: ꝙ deficiēti bⁱ⁹ opib⁹ frenis nō deficiat fides tua: q̄nimo ꝓfidas magnifice de dei ꝑpuidētia. Qui pmi sit celestia ⁊ frena: nō negabit tpalia. Nō tū sp donat ꝑ nr̄o libitu: ne simⁱ⁹ abūdātes i seculo: ⁊ minⁱ⁹ idcirco desiderē⁹ q̄ sursū sit i celo Jn curis tpalib⁹ ꝓsistēti vix ꝑt deesse talīpsection: q̄n teneat cupiditate sepe rerū videlicet amore possidēdi aut tiore eas omittēdi. Tū estimo q̄ nemo tā plenarie cogīscit q̄l sit affectⁱ⁹ eⁱ⁹: nisi cū res cepit actitare tpales ⁊ curas exteriores. Sz q̄ i his occupāt ⁊ tū amorem creatoris ꝓponūt in corde suo defectuosis creaturis: nō tā facile ruūt in culpā. Et si se delinq̄re aliq̄ in quo deꝑhēderit: festinēt

mūdare ꝓsciaꝫ. De ꝑmeditatōe circa opāda

a De eruditionē tuā habe ꝑmeditatōꝫ aliquā prudentez circa agēda. Aliq̄ sunt tardiores: aliq̄ ꝙdāmodo ꝓcipites in factis suis. Tardi sepe bona omittūt: aut parū opis inchoātes nō pficiūt. Viuatiores ꝺo dū incōsiderate currūt: leuit impingunt. Vñ in medio ſp virtus ꝓsistit. Debes igit seruare mēsurā possibilitatis tue: t cogitare qđ solet dici: multū facit q̄ rē debite t bñ facit.

De prudētia religiosa in oi facto.

u Ecessariū tibi ē hre aliquā prudētiā ſ hūilē religiosam t verecundam: ne videaris supbus austerus et audax ꝙſi cū auēte faciēs vel imperās. Multo melius est vt obsecrādo loq̄ris: q̄ iubēdo ea q̄ oportet fieri. Eris prudēs: si vis videri prudēs. Nā si vis videri prudēs: necesse erit vt hoc alijs foris oñdere velis verbo aut facto. Qđ cū feceris nō pōt ꝓtingere quin excedas aliqñ mēsurā prudētie tue: ita vt dicas magis ad facta tua vel alioꝝ q̄ expediat: vel excuses negligentiā tuā plus q̄ iustū sit: t p hanc ostētationē amittas viā vere prudētie q̄ ꝓsistit in humilitate maxime.

Q̄ prudens sit sibipsi etiā intimus.

e Ris prudēs: si fueris semp ꝓtimus cordi tuo. Ibi disce: qđ iuuet te oi tēpore. Ibi ꝓstitue tibi mansionē: a facie inimici. Inibi ascēde p oronē lacrimantē añ pedes iesu: vt vincas omnē passionē t fugantē delectationē mūdi t carnis aduersum te. Hec est via prudētie amare iusticiā t odire iniqtatē: bñ facere t malū ꝑ veritatē sustinere: exteriora agere t interiora nō obliuisci: curas ad tps hre. alienū tñ esse ab oīm rē blādimēto: nō sequi trahentē ꝓcupiscētiā ſ reluctari p virtutē magnā: nō tu eas seqre ſ ille te sequāt. Tu ꝺo q̄ vadis? Ad eū q̄ misit te vt facias opa tua oīa in charitate: t custodias ea sūma hūilitate: h̄ ē. īter q̄ oñdit salutare dei. Eteni dicit. Venite ad me oēs qui laboratis. Et rursum. Ego sum via veritas t vita. Si hucusq̄ veneris nō ꝓuaberis spūalibus ꝓfectibus: ſ eris sicut liber scriptꝰ foris t intus: siliscq̄ pfamilias ꝓferēti noua et vetera de thezauro suo: dū exteriora agis t apud altissimū sit cogitatio tua. Q̄ sile eti am huic sensui: qđ i psalmo legisti. Os iusti meditabit sapiam: t lingua eiꝰ loq̄t iudiciū. Lex dei eiꝰ in corde ipsius: t nō supplātabūt gressus eiꝰ. Hec tibi signab: q̄tiēscū q̄ tumultus ferre grauaris. Nā actio non est causa p turbatōis nre: sed magis passio.

De passionibus vincendis.

i Sit circa eas vigilādū ē: ne incipiāt surgere et possint ꝓualere. Quid sic turbat oculū prudētis sicut frequēs ira: qđ ita inq̄nat sicut ꝓcupiscētia. qđ ita excecat sicut munera t blādimēta noxia? Inge miscit ꝓpha aduersus passiones istas: t ꝓfitēs deo abscōdita cordis sui sic orat. Dñe ante te oē desiderū meū: t gemitꝰ meus a te nō ē abscōditꝰ. Cor meū ꝓturbatū est ecce ira pcē tollēs: dereliq̄t me virtus mea. ecce ꝓcupiscētia vigorē animi molliēs: t lumē oculorū meoꝝ nō est mecū. ecce auaricia mūera secū portās ſ oculos veritatis et iusticie pleriq̄ eruēs. Nunc ſ vide q̄liter euadas laq̄os venantiū: in q̄bus oēs positi sumꝰ. Nullus alteri obijcere pōt: qđ ꝓcupiscis? Ecce in cōcupiscētia oēs generati sumꝰ. Et q̄ bellū oi exprte instat: cauti simus. Deus adiutor nr̄: t iō intēte oremꝰ. Suauis ē t mitis ideo accedamus. Misericors ē t clemēs: ideo nō desperemus. Potēs ē t diues in mia: ꝓpter h̄ non deficiamus ſ cū apl̄o dicamus. Oia possum in eo qui me confortat.

Q̄ certis quibusdā horis vacādū ē deo.

ſ Ic tpa actiones laboresq̄ externos: vt tū oroni lectioni ac meditatōi scripturaꝝ vaces aliq̄ ex pte diei. Si potes: fiat exēplo ꝓphe i psalmo. Vespe t mane t meridie narrabo t annūciabo: t exaudiet vocē meā. Cōsidera sequētes versus eiusdē psalmi: t docebūt te vacare tibi. t sperare in dño. Naz vltimū sic ꝓcludit. Viri sanguinū t dolosi nō dimidiabūt dies suos: ego autē sperabo in te dñe. Nota in h̄ versu. q̄ carnales t aīales terrena sapientes et interiora dissimulātes nō diuidūt tpa sua vt aliqñ re/tractēt opa sua: t sciāt qđ desit eis. Sed nō est talis actio bonoꝝ: q̄ mensurāt thalamos cordis sui hinc t inde: ne forte in vacuū currant. Q̄ multi p multa currunt: ſ vnus accipit brauiū. Distrahit sepe mēs in labore. iō reuertat post laborē ad vnionez sui: q̄ vnio ista mlta vtilia docet: t h̄ est qđ dr̄ vnꝰ accipit brauiū. Inuenies tps sufficiēs vacādi si nullū indulges ociositati: nō solum opis ſ t sermōis t cogitatōis Btūs hō q̄ in sui ꝓsideratōe sepe vigilat: ne forte ꝓpt̄ curiā ꝺ tenebras ad tenebras vadat. De custodia oris

c Ustodi etiā diligēter verba oris tui vt dixisse aliq̄d postmodū nō penitеat. Qui inter multos ꝓuersat maio-

ri indiget custodia: q; ab oibus ꝓsiderari ꝑt cuius cõuersatõis fuerit. Quis ita simplex: vt nõ discernat qualiter se habeat aliquis in ope ⁊ sermone? Hoc ideo replico vt cogites q; spectaculũ facti sumus angelis ⁊ hoibus: ⁊ vt neminẽ habeas tam socialẽ corã quo minus honeste ⁊ virtuose te geras. Nõ des vn q̃ occasionẽ dissolutõis ꝑ verba rara vel si/gna vana: q; generat hec leuitas duplex malum: in alijs exempli boni: in te etiã scti ꝓpositi dissipatio ẽ. Noli esse fabula hoim: vt aliquis dicat: hec ⁊ hec mihi ille recitauit: volẽs se excusare ꝑ te: quasi ideo accusanda leuia nõ sint: q; tu dixeris qui melior putaris. In hoc multi frequẽter delinquimus q̃ nr̃a erra ta exemplis aut verbis aliorũ iustificamus: tanq̃ nobis idcirco liceat q; idẽ ⁊ alij faciũt. Credo q̃ pluribus sepe displicet: q̃ cito ocio se aut incõsiderate aliq̃d dixerint. Quõ au/det se homo ꝑ alterius negligentiã defendere in malo: qñ nihil minus ꝑ hoc peccat corã deo. Quare cecus cecũ sequeris: vt in foueã pariter cadas? Bonũ emulamini in bono sp ait aplus: ⁊ imitatores mei estote sicut ⁊ ego xp̃i.

De bono exemplo.

Tende tibi vt quantũ vales oibus
a sis causa boni exẽpli: vt in te clarifi/cet nomen ⁊ vita ihesu xp̃i. Nemo ve niat ad pñtiam tuaz: quin edificatus ⁊ letus recedat a te. Tu ꝙ retine apõ te q̃ nõ sis dignus alicuius alloquio: sed magis tibi ꝓficit aliorũ visus sermo oro. Caue tñ familiaritatem eorũ qui imitãdi nõ sunt: q̃uis in xp̃o diligẽdi. Predixi ⁊ iterũ dico vt taliter ambules ne fias ꝓuerbiũ hoim: loquentiũ sibi placita de quocũq; volũt. Non põt q̃s melius tollere fabulationes leuiũ hoim: q̃ vt ipse leuis in verbis ⁊ moribus suis nõ videat. Benignus tñ ⁊ alacer apparere debes: ne honori sis maxie verecũdis ⁊ modestis fratribus

De vitandis occasionibus scandali.

On stes ad loquendum diu in apto
n alijs laborãtibus et occupatis circa iniũcta opa: ne dicat tibi. q̃d h̃ statis tota die ociosi. Nõ des occasionẽ loquendi veniẽtibus ad fenestrã: ꝫ expedias eos ꝙbis benignis ⁊ vtilib⁹: neq; cũ tristicia dimitte illos: ꝫ cũ pace ⁊ gaudio refectos cibo potuq; necessario postea ꝓmẽda te ocõnibus eor: ⁊ dic eis. Jã ite dilecti frẽs ⁊ agite gr̃as deo: et oretis ꝓ me. Si aliq̃d plus addideris ꝑ eorũ ꝓsolatõe: bñ retribuet tibi dñs. Cũ veniũt aliq̃ in occursũ transitus tui: nõ debet te latere quin ꝑcogites si iustã et vtilẽ potuerit hr̃e causam illuc accẽdẽdi: ⁊ penes tuũ scire non des occasionẽ volẽti occasionẽ: vñ si te subtrahis talib⁹ postmodũ nõ lugebis. Semp tñ patus esto ad satisfactionẽ poscẽti te: sed ociari nullũ patere apud te. ꝫ fraẽne animo/ne eos vt trãseãt: q; tibi nõ vacat: xp̃a est q̃ tibi loq̃ desiderat. Hoc mõ te liberas a supflu is: ⁊ illos ad quietẽ suã celleq; custodiam inducis. Nihil tñ temere iudices: ꝫ vide quãta charitas q̃ amica fraẽnitas traxit eos ad te. Discrete ergo age in his vt aliq̃ audias ve niẽtes: aliq̃ sinas trãsire etiã loqui volẽtes

De nõ credẽdis nouitatib⁹ neq; referẽdis

T q; sepe diuersa ꝑcipis ⁊ noua tibi
e plerũq; dicunt nõ facile credas: diffi cili⁹ ea ꝓsequent alijs dicas: ⁊ multo meli⁹ si oino sileas. Quid ad te? Jesũ seq̃re ⁊ sine mortuos sepelire mortuos suos. Huiuscemodi distractionib⁹ ⁊ curiositatib⁹ seruus dei intẽdere nullo modo debz: ꝫ edificatiõi ⁊ custodie cordis sui: orãdo. legẽdo meditãdo. ⁊ alia opa scta in noie dei faciendo. In actib⁹ aplorũ habes q̃ atheniẽses ad nihil aliud vacabãt nisi aut dicere aut audire aliq̃d noui: ꝫ talis vsus nimis dãnabilis sit apud claustrales deũ ꝑ oculis habẽtes.

De vtilibus narrationibus.

Unt tñ quedã si referant ex charita
f te q̃ edificãt etiã audiẽtes: sicut denũciatio alicui⁹ defuncti. petitio suffragij ꝑ tribulato ꝓuerso pctõr. status deuotorũ. ⁊ alia his silia: q̃bus ẽ ꝓdolendũ seu etiã ꝓgaudẽdũ put cause req̃rũt. Cõsiderare silr diuina iudicia sup statũ mũdi. pdest bonis ⁊ electis dei ad ꝓbẽptũ ei⁹: sic̃ sunt pestilẽtie fames incẽdia. ꝑlia q̃ trax ⁊ cetere tribulatões graues: q̃bus gr̃ia mũdi ꝓsterniẽ ⁊ delectatio carnis amaricat. Hec mala sepe boni et spũales ad ꝓfectũ suũ trahũt: ⁊ ꝙ exẽpla talia se ⁊ ceteros ad ꝓunctionẽ cordis. ad luctũ pctõr. ad emẽdationẽ vite. ⁊ ad ꝑpationẽ mortis secũ excitãt: q̃ etiã i sacris codicib⁹ ⁊ eccliasticis hystorijs manifeste legũt Sed hũc salutarẽ ꝓfectũ plres indeuoti ⁊ verbosi aut nesciũt aut nõ intẽdũt: ꝫ q̃si in fabulã deductõis puertũt. Cñ potes elicere q̃ sic̃ boni ⁊ vtuosi ad bonũ oia q̃ audiũt vel vident conãt inducere: ita instabiles ⁊ vagi. tepidi ⁊ dissoluti h̃ eadẽ ad suã maliciã exercendã inflectũt Jõ pspicito q̃d sit q̃ audisti: ⁊ q̃s fructus esse valeat vltra dicendi.

Qui sunt vitandi.

Propterea noli libenter approximare
p secularib⁹ neq; psonis magnis: nec
ibi etiã cõuenias vbi nosti esse multi
tudinẽ pfbyterorũ: qr statui tuo nõ congruit
nec officio.

Cum quibus est cõuersandum.

Cum simplicibus t deuotis t bñ sen
c tientibus de deo t cõsentientibus tibi
ppter deũ i bono: sermocinatio tua
t crebrior sociatio. Et quicũq; nõ pcordant
cũ spũ tuo illis cede ppter pacẽ tuã t ipsor:
qr defensor t iudex nr̃ ihesus xp̃s clare nos in
terius agnoscit ante; quẽ humana iudicia se
pissime errãt. Si desideras aliquẽ edificare
soli melius dicis: qr multis nonnunq; displi
cet qõ vnus vel duo gratanter audiunt.

De quibus materijs est interrogãdum et
colloquendum.

Uestiones in scripturis noli moue/
q re in cõi audiẽtia. neq; õ materijs al
tis t curiosis libẽter loquaris: ꝫ que
cunq; sunt hũilia virtuosa t amabilia deuo/
ta t excitatiua ad amorẽ xp̃i pacifica pudica
t honesta corã deo t hoibus h̃ loquere t ex/
hortare. Si vo audieris aliqua difficilia t ob
scura moueri ab alijs tace primo t cogita q
sis discipulus xp̃i: quẽ nõ oportet docere sed
audire hũiliter verba seniorũ: t cũ verecun=
dia t reuerẽtia vtilia interrogare t discere in
silẽtio. Ulñ paulus dicit. Doceri autẽ mulie
ri nõ pmitto. Id est nõ patiar q insistat alio
rũ doctrine q infirmus est t debilis in virtu/
tibus t qdãmodo adhuc carnalis est: in q se
pe abũdãt passiones supbie ire rixe gule in/
uidie vane glorie t cetere pestes cordis t mo
rũ leuitates: cui neq; est expientia et annosa
exercitatio spũalis vite t discipline: ꝫ vana t
indecuota scia t assueta ad nõ interrogatels
uis rñsio. Istũ em̃ non decet pñtibus alija t
peritioribꝰ quicq; loqui: docẽdi saltẽ modo.
Nõ dicas ergo opinionẽ tuã ne ostẽdere sci
entiã tuã cũ helyu videaris: q beatũ iob me=
liorẽ t sapiẽtiorẽ se ausus ẽ docere et duriter
increpare: ac rõnib⁹ cõpositis ingeniose vin
cere: ꝫ deus spreuit eũ t reprobauit: eo q sup
be t animose iusto t sctõ viro se ptulisset.

De reuelatione scripturarum misticarum
Uando aũt desideras aliqꝫ obscu=
q rũ intelligere t de dubijs certificari: p
mũ a dño pete sensũ t intellectũ illi⁹
reuelari ad pfectũ tuũ t p glia ei⁹. Cõtigit
aliq̃ cuidã in tali forma deũ exorãti cũ se ite
rũ ptuliss̃et lectiõi statim sibi apiri ignorãtiã
suã: qui psolatus in verbo dñi didicit bñ re=
cursum frequentiorẽ ad deũ oia scientẽ. Ñ
rursus hois sensus q̃q; a deo hũiliat̃ ne ca=
piat verbũ tenebrosũ: vt nõ eleuet̃ cor eius t
cadat i laqueũ diaboli estimãs se aliqd scire
cũ nihil sciat. Et nisi de⁹ voluerit nob reuela
re: nõne tenebre vident̃ esse scripture? Ideo
ꝑm psuetudinẽ sctõꝝ patrũ q̃rẽ dũ ẽ hũiliter
a frẽ aliq̃ vt exponat et declaret nob intelle=
ctũ obscurioris lr̃e. Sic em̃ discipuli interro
gabãt dominum dicẽtes Ediscere nobis pa
bolã zizaniorũ. De spũali collatione.

Onfert etiã nõ modicã scie vtilitatẽ
c studiosa t vnanimis duorũ sibi bñ
psentientiũ diuina collatio. Ulñ sal/
uator nr̃ ait. Ubi duo vel tres pgregati fue/
rint in nomine meo: ibi sum in medio eor. Et ali
bi. Dum h̃ aũt adhuc loquerent̃ stetit ih̃s in
medio discipulor suorũ: t ait. Pax vob t ce
tera q̃ de resurrectõe ei⁹ pleni⁹ legũt̃. Amor
ergo in diuinis scripturis pmẽdabilis est: p
quẽ t carnalia t ociosa tanto celeri⁹ vitam⁹
q̃to maior ẽ in nobis. Senties in opibus tu
is effectũ meliorez: si diuine scie fueris specu
lator: t impiger imitator.

De quotidianis operibus quõ fiant.

Um opus tibi videt̃ vt aliq̃ necessa
c ria pcures: vel etiã quedã ad melio=
rẽ durationẽ reformes: fac i dei noie
sine multa questione: et eris liberior a retra=
ctatõe eor q̃ pradicere potuerint. Ex q̃da
leuitate quidã oppositionẽ faciũt: nescio q̃les
pbationẽ i alijs querũt. Qui ergo fillere scit
t facere sapientẽ viã tenet. Hec in q̃tidianis
t leuib⁹ obseruãda puto. Decet tñ fratris ali
cuius verba patiẽter audire: t ppter virtutẽ
hũilitatis discẽdã seq interdũ inferiorẽ: ꝫ nõ
sp cũ putat̃ fieri aliõ mag⁹ icõueniẽs: qõ bo
ne et pure pscie melius relinquo q̃ imperite
consulam.

De cõsilio maiorũ in spũalibus causis.

E spũalib⁹ et maiorib⁹ causis supe
d riorũ pmo ẽ volũtas psiderãda: de=
inde ipsorũ si dubitas req̃rẽda snia:
vt quicq̃d iudicauerit p meliori accipiat̃ cõ
silio. Si nõ acq̃uerint vel satisfecerint intro=
gationi expectãda ẽ rñsio: forte mature se de
liberãt pspiciẽtes alia eque ibidẽ pcurrentia
vel obuiãtia: vt nõ tã facilis t certa possit so
lutio dari. Postq̃ semel aut bis sane intellex
erint negotiũ q̃rẽtis: nõ expedit nimis ĩsiste
re ad informãdũ eos. ne generet̃ aliq̃ gũitas
aut molestia ab vtraq; pte. Quieti⁹ ẽ ꝫ amõ

nacere et aliud cõsiliũ querere: sicut sctũs ait Auxiliũ meũ a dño: qui fecit celum ⁊ terram Cum desunt humana diuina sunt inquirenda suffragia: ut effectũ cõcedat salutarẽ causis necessarijs. Sed ꝑcaue tibi vt quantũ minus vales importune aliqd postules: ⁊ dum sentis parũ ꝓficere petitionẽ tuã, noli vexare te ꝑ aliquã impatientiã: sed recordare. O felix patria sanctorũ replens desideria: ⁊ miserorum nesciens grauamina.

De reuerentia ꝑlatorum.

C Coram senioribus exhibeas te verecundũ ⁊ morigeratũ: et nil temere in verbo aut ope a te ꝓcipiat: sed hũilitas ⁊ simplicitas. Semp senioribus reuerentia deferat ⁊ honor siue dignitate ꝑlatiõis. siue auctoritate officij. siue etate tpis. ⁊ cõuersatione venerabiles fuerint humili corde exigeris reddere debitã subiectionẽ: et beatus si imples eam: et deuote veneraris ꝑlati tui ꝓsentiam.

De cauenda familiaritate cũ ꝑlatis.

Q Horuz tñ societatẽ declinare debes vbicũq; apte ⁊ quotiẽscũq; licite poteris: qz multis fuit nociuũ q̃ paruã reuerentiã corã senibus ⁊ ꝑlatis suis habuerunt: ⁊ seduxit corda paruulorũ ⁊ inexpertorũ talis cõsuetudo. Ideo sapiẽter facit qui magnorũ hoim noticiã et ꝑlatorũ familiaritatẽ deuitat: qz nõ bene decet nec edificat intuentes. Neq; hoc ad subtrahendũ quicq; sctitatĩ illorũ dicit: sed ad cautelã nouitiorũ ⁊ simplicium ꝓponit. Quidã ex familiaritate nimia ⁊ alloquijs magnoz audacius se rebus ⁊ negocijs altioribus immerserũt: qõ forsitã non fecissent si liberiores erga superiores suos nõ fuissent. Etiã aliqñ ceteris fratribus se ꝓferentes putabãt se aliqd esse: sed in fine deceptι sunt: qz hoibus ⁊ nõ deo placere voluerunt. Proinde vtile iuuenib⁹ est ⁊ nouis palmitibus expediẽs ꝓpter futuras occasiones mali. nunq; talia querere q̃ spectant ad superiorũ gratiã ⁊ familiaritatẽ minus castam: ꝫ humiliora ⁊ simpliciora loca ⁊ officia exquirant sibi gaudẽtes in abiectõe oim pompaz mũdi: ⁊ qõ ignoti ⁊ parũ habentur in oculis hoim reputati. Verũ nõ est paruus fructus spũalis gre qñ se hõ ab oi tẽperat ꝓpt xpm amicorũ inclinatõe: ⁊ eius appetit solũmodo gratiã quẽ cõfortat pauperẽ ⁊ exulem consolatur in abscondito.

De periculo pauperũ in officijs.

C Auendũ est paupi ne efficiat ꝓsumptuosus ⁊ audax: ⁊ obliuiscat paupertatis et inopie sue in qua natus est. Melius illi esset vt semp vitã in egestate duceret: q̃ post pauptatẽ in terrenis substãtijs supbiret. Maledictũ sit aurũ ⁊ argẽtũ ⁊ ois ꝑciosa substãtia desiderabilis visu pereat: q̃ pauperẽ ⁊ simplicẽ ad supbiã ⁊ mẽtis cecitatem ꝓducit. Vere ifelix hõ q̃ in terra sibi nomen inuenit: ⁊ laudẽ finẽ suuz posuit. Quid tam metuẽdũ paupi ⁊ inopi: sicut exaltari ⁊ ꝑdicari: Multi qñ latebãt deo viuebant: qñ nesciebant deus illos visitare dignatus est: ⁊ tãto familiarius quãto minus sociati hoibus. Sed duz ad negocia tpalia puenissent hincinde dissipati nõ potuerũt cogitare qd fuissent: ⁊ aliter his cõtigit q̃ putassent. Ab scõde ergo charissime modicũ te ad momentũ: ⁊ vide quid ꝓdest ois labor hois ⁊ opatio multa sine fructu. Fructus ẽ sctitas ⁊ puritas cordis. plenitudo dilectõis. delectatio in opibus bonis: finis xo vita eterna est.

De vitandis rebus non cõmissis.

O Bserua q̃z cautius vt de ordinatione maiorũ aut fratrũ cõsilio nõ multum adijcias tibi aut de qualibet re que nõ est tibi cõmissa: qz nõ parui periculi ẽ rebus ad te nõ ꝓtinẽtibus aliquo modo cõscientiã occupare Quisquis curis multis se interserit: seipm ledit. Qui xo vnũ qõ superoia est solũmodo querit: in pace multiplici erit cõscientia eius. Potes teipm inquietari talibus: ⁊ ꝓficies nihil. Ad tuũ cõceptũ remqualibet habere: erraticũ videt ⁊ impossibile. Noli igit errare: qz error finem nõ habet: id est ꝓfectã cõsummationẽ. Si vis esse bonus ⁊ ꝓfectus seruus dei: nõ tuã sed dei opta in oibus voluntatẽ: eius sequere aio humili ordinationẽ ⁊ oia tibi parebũt: nil etiam tue discõueniet voluntati sicut scriptũ est. Ordinatõe tua ꝓseuerat dies: qm̃ oia seruiũt tibi. Dies est hõ iustus ꝓpter lucẽ veritatis ⁊ iusticie qua illuminat a sole xpo: scz ad videndũ ordinationẽ ois equitatis eius. Iste g̃ ꝓseuerat ordinatõe dei: hoc est. mente cõstans est ⁊ immobilis sup oibus q̃ ei cõtingere possunt ferẽs cuncta equanimiter: qz ab illo ꝓcedũt cui⁹ nutu oia subsũt ⁊ obediũt. Noli in isto vel in illo tuã velle impleri volũtatẽ vel electionẽ q̃ sepe ꝓprietaria est ⁊ iniusta: ꝫ dic sicut dñs voluerit ita fiat: nã ita fieri meli⁹ ẽ Quicq̃d etiã p seruos suos instituerit ꝓbono fit: ⁊ inde lucet seru⁹ dei bou⁹. qm̃ oia i bonum accipit sciens qz cõsumatio ꝓfectionis

est alienatio oīs ꝓprie volūtatis. Rarius ergo statue tibi cōsiliū tuū: ⁊ firmiter nō ponatur in aīo qd̄ est incertum an fiat vel fieri expedita qꝛ in rebus cūctis finis inspiciendus est. Et q̄ ad bonum finem dirigunt laudem habent nō que in facie apparent: nam ignota sunt plerūq; talia q̄uis ꝓbabilia foris videantur.

De p̄uia cōsideratione.

i Dcirco sapiētes ⁊ eruditi viri res q̄slibet intuent̄ a lōge. ⁊ longanimiter expectant rimantes tacite quis sit finis intenti opis: ne festinātia rem ꝯfundant ⁊ p̄cipitio corruant. Prouidentia nanq; regitur status sapiētis: ⁊ actio eius vniuersa si plena sit oculis erit probatissima et stabilis. Ipsius est rerū causas puta initiū et finē debitum discernere: ⁊ que sint agēda q̄ etiā vitāda semꝑ p̄uidere vt incōfuse fiant. Si q̄s indiget sapientia postulet a deo ⁊ dabit̄ ei si vtilis ei esse possit ⁊ expediēs: alias nō illam desiderare debet qꝛ dānabilē rem exoraret.

Differentia inter sapientiā ⁊ prudentiam

s Apientia tñ celestiū rerū magis videtur esse: prudentia v̄o seu ꝓuidentia ad tꝑalia negocia ꝯgruētius spectat: qꝛ celestia ⁊ eterna sape potiꝰ iubemur: tꝑalia autē oīa in transitu habere docemur. Unde licenter cōcedit̄ vsus necessarius bonis ⁊ sanctis viris ꝓ ponēdo viatico. Sed nō in oībus cernit̄ tantus diuine dilectōnis radius: vt qd̄ dignitate ⁊ elegātia mentis ꝓponunt: hoc exerceāt auidius. Norunt sancti q̄ hec yma p̄ntata supernis sint abiectissima: nec p̄cio laudis alicuius dicenda. Itaq; quodāmodo assimilāt̄ caducis qui caduca petūt: ⁊ priuant̄ gloria celestiū qui satiant̄ tēporaliū. Que oīa prudēs dispensator debet aīaduertere. ⁊ ne terrestriū rerū distributiōe dispergat̄ nimium: bonis sempiternis suū renouare cordis palatū studeat. Tantoq; libētius dum illi vacat immoret̄ superis: quo cōstat qꝛ grauis est et ꝑiculosa oīs cura tꝑalis que diuinis nō reuelat̄ sustētamētis.

Qꝛ necessaria est ꝓuidentia habenti curas temporales.

mento saciari potuissem: ecce māduco cinerē
Miser t multū infelix ego sum q̄ ad hanc in-
ediam pueni: vt supna nesciēs t negligēs ad
amandū hec inferiora me verto. Ad edendū
t gustandū delicias ppetuas sup mel t fauū
dulciores creatus eram: ſ peccās in deū meū
excecatus sum. t illas amisi epulas: atq̄ mū
di huius cupiditatib⁹ foueor. Tanto q̄ litēti
us cor meū ad singula terrena solatia effusū
est: quāto longius se ab intimis expulsuz de-
prehēdit. Cōuersus tñ aliq̄n ad meipsum. in
istis terrenis felicē me nō inuenio: nā multis
aduersitatib⁹ multisq̄ doloꝛib⁹ circūdor t re
pleor: t in multa positus angustia sepius cō
tristor: et quid eligā ignoro. Coarctor nimis e
duobus: et quid p̄ponā alteri tarde quidē et
vix discerno. Illa que supra me sunt peto vt
veniant et nō semp p̄sto sunt: hec q̄ infra me
deus posuit opto vt discedāt: t ipsa manere
iuxta me non vocata volunt. Eleniunt cater
uatim ad me t cū eis cogitatōes diuerse que
dam ex seculo: alique ex carne. plures ex dia
bolo: t circūdātes me vndiq̄ dicūt. Os tuū
t caro tua sumus. Habeam⁹ paululū apud
te. Cosentire nobis. Amicus esto noster: t
sede hic etiā apud nos. Blandimētis suis et
ꝓmissiōibus pulchrisa u te mihi insidiant
minis t terroꝛibus varijſq̄ maloꝛ euētibus
animā meā nituntꝰ affligere. Ego aūt quoni-
am mortalis sum homo t inbecillis ad resistē
dum hoꝛ psuasionibus: t iporunitatib⁹ vt
oporet nō satis cōtradico. Et tamē ſi ita vt
psuadent fecero: certū est q̄ fallor: qm̄ in do/
lo mecū loquunt: et non est ex deo ista psua/
sio: sed ex maligno. Qui em̄ ex deo nati sunt
resistunt diabolo: t fugit ab eis. Et qui odio
habent mundū t que in eo sunt: nō est quod
retardat illos. Qui etiā in deo sapiētes sunt
nō credunt omni spiritui: sed ꝓbant oia vtr
ex deo sit spiritus an ex mūdo. Audiunt qui
dem sed non cōsentiunt dicētes. Nescim⁹ vñ
sitis. Discedite qm̄ ex parte dyabolo estis et
veritas in vob nō est. Talis est cōflictus pio-
rum: t quis sit labor tentationū omniū nouit
dominus qui vniuersa respicit. Vita ista
doloꝛibus et pressuris pleua est: sicut optime
norunt qui de amaritudinis eius calice bibe
runt. Querit idcirco hūanus animus vnde
possit recreari: et frustra est ois cōsolatio nisi
assit diuina. Quotidiana. instruit experien-
tia: q: fallax est ois spes terrena: t in amari/
tudinē illi ꝓueniet: q̄quid extra deum in tē
pore huius peregrinationis querit. Heu mi-
hi quia longinqua facta est habitatio mea: t
non est vtiq̄ in hac vita tale quid in quo re-
quiescat tute ania mea. Dicunt mihi singula
mēbra mea: noli ꝓ nihilo fatigari: quia pa⁹
cōsumeris añq̄ poteris satiari i his terrenis
Dicit ꝓinde spiritus meus qui cibū suauem
delitiosuz t optimū semp appetit: reuertar in
domū meam vnde exiui: q: melius mihi erat
tunc q̄ nunc: t iam nauseam. patioꝛ in his q̄
foris oblata sunt. Sed o caro mea vtinā hāc
vocē audires: t postposita tua prudētia spi-
ritū emulari velles: ꝓculdubio vitā inueni/
res t mortē euaderes sempiternā. Tēporale
debitū oportet te psoluere: quia damnata es
in prima ꝓuaricatione Et ideo prudēter age
in prima ꝓuaricatione Et ideo prudēter age
res q̄te oī māsuetudine spiritui subderes. re
bellemq̄ te nō faceres: vt secūda mors te nō
tageret sed in requiē eternā quā maxime dili
gis introires. Seq̄re ergo me t spm̄ tuū: no-
li cōtristari aduersus eum cōcupiscendo: ma
gis vero ad oia que ille p̄cipit paratioꝛ esto.
Dico tibi: si participes fueris tribulationis:
eris t cōsolationis. Induere te cinere t cili-
cio: descende sede in puluere filia syon. Plā
ge mecū: q: non est mihi bene. et doloꝛ meus
nō est modicus neq̄ momētaneus Deus me
us et dns meus iratus est sup seruum suum:
et maledixit opibus eius: t dixit. In sudoꝛe
vultus tui vesceris pane tuo. Et ego ꝓfiteoꝛ
q̄ ideo terrā desiderabilē iuste amisi: q: mā-
datū dei nō custodiui. Cibus meus nō erat
añq̄ huc ceciderā animalis terrenus t coꝛpo/
reus: ſ celicus angelic⁹ t spūalis. Panis tri
ticeus ſbtilis t discussus erat quē parauerat
mihi de⁹: nūc aūt oꝛdeaceus grossus t mul-
sidus fact⁹ est: etiā si dixero q̄ sit subcinerici⁹
q̄ nō est rouersatus verū fateoꝛ. Bñ ergo de
ploꝛo ego doloꝛē meū quē ꝓcepi de exilio in

quo nat⁹ sum: ⁊ dān ū meū qō sustineo in tra aliena. Plāgite sīc filij hoim. ⁊ flete sup vos ipsos filij adā q̄ cinerē tā ꝑ panē māducatis q̄ celestē cibū ꝓ terre nō cōmutastis. Et o īfelices ⁊ ceci filij: quid amisistis? Verū q̄ non agnoscitis: ꝓpterea mīme fletis: ⁊ eo magis deflēdi estis: q̄ tā grandē miseriā vīam nō videtis Intuemini excidiū meū: q̄bus ꝑuatus sum delictis. ⁊ quātis malis circūsept⁹: labo ro iā in pñti vita. ⁊ die ac nocte suspiro ꝓ eterno ꝓfuturo vbi nēo esurit: ꝑ oēs in iocūditate vinū bibūt: vinū letificās ⁊ clarificans sctō ꝓ corda: nō mētes euertēs: nec ē q̄ mihi haustū ex illo ꝑbeat. Vix pugillus aq̄ salutaris q̄ in celestib⁹ regnis exupat dar postulāti. Clausum est celū sup me ⁊ terra nō dat fructū suū ꝑ spinas ⁊ tribulos germinat mihi: ⁊ vos dicitis cur fles quare nō comedis ⁊ bibis? Filij hoim vsq̄quo graui corde? Vsq̄quo talia sapitis: ⁊ q̄re affligitis cor meū loquētes mihi stulticiā? Nō est vobis pars in ꝓmone dñi ⁊ subuertere q̄ritis iustū mendaci ꝓmissione dicētes: pax pax ⁊ nō est pax. Quid vobis ⁊ paci? Nō est pax ipijs dicit dñs. Nec em̄ ꝓpterea fleo q⁹ diues nō sū: q⁹ vino ⁊ pane frumento ⁊ oleo nō abundo sicut vos abūdare q̄ritis: ꝑ q⁹ in mūdo sum: ⁊ illū nōdū video q̄ est vera pax ⁊ sūma btitudo. Intēdite plage mee ⁊ palpate vulnera mea: ⁊ si mecū nō vultis flere: dimittite me vt plangā paululū dolorē meū añq̄ vadā ex hac vita et āplius nō reuertar. Sedebo interim lugens ⁊ ꝓtristat⁹ incedā: foras nō egrediar. ꝑ moriar in nidilo meo: et sepeliar in sepulchro q̄ effodi mihi. Gaudeāt ⁊ exultent oēs q̄ inueni sepulchr̄ vt dormiā in illo: ⁊ nō videam mala sup terrā. Tedet aīam meā vite mee: ⁊ dolor meus renouat q̄tidie. Peto ꝑ mi dñe deus: vt absoluas me ab oi peccator̄ vinculo ⁊ desup terram eripias me: q⁹ melior est mihi mors q̄ vita. Et q̄d hic āplius faciā? Trāseunt dies et dies anni ⁊ anni fluus aūt tuus nō multū ꝓficit. Ne ꝓtrahas indignū fuū tuū: nec patiaris eū diutius vagari post vanitatē hui⁹ vite Errauī sicut ouis q̄ perijt: reqūre fuū tuū dñe q⁹ tps ē. Neq̄ iusticia mea neq̄ bonitas tua dñe: ꝑ mia tua ⁊ māsuetudo q̄ mēsurari nō ꝑt Secūdū hāc fac mihi fuo tuo: ⁊ visita me in saluta rī tuo ad videndū in bonitate elector̄ tuor̄: ad letandū in leticia gentis tue: vt lauderis cū hereditate tua quā acq̄sisti sanguie tuo. Qui cū patre ⁊ spīritusancto manes deus benedittus in secula. Amen.

Explicit libellus devera cōpūctōe cordis

Incipiūt capitula libri sequētis qui dicit Ortulus rosarum.

De bona societate querenda et mala fugienda. Capitulum .j.
De fuga seculi ⁊ laq̄is diaboli. Cap. ij
De vera sapiētia q̄rēda apō deū Cap. iij
De pugna cōtra ꝓpria vicia. Cap. iiij
De deuotionis gra acq̄rēda. Cap. v
De auditiōe ⁊ lectōe dīni ꝑmōis Cap. vj
De dīna ꝓsolatiōe ī tribulatōe Cap. vij
De gaudio bone ꝓscie ī spūsctō. Cap. viij
De bonis morib⁹ hūilis fratris. Cap. ix
De instabilitate hūani cordis. Cap. x
De fiducia ī deo hūda tpe angustie. Ca. xj
De virtute orationis et vtilitate sacre lectionis. Cap. xij
De laude charitat⁹ ⁊ fructib⁹ ei⁹ Cap. xiij
De vigili cura ⁊ labore ꝫ tētatōis Cap. xiiij
De fratno onere iuicē portādo. Cap. xv
De amore xpi ⁊ odio mūdi. Cap. xvj
De imitatiōe sanctissime vite domini nostri ihesu christi. Cap. xvij
De eterna laude dei. Ca. xviij

Expliciunt capitula.

Incipit liber qui dicit Ortulus rosarum.

De bona societate querenda et mala fugienda. Capitulū.I.

Vm sancto

c sctūs eris: ⁊ cū puerso perueteris. Attēde diligēter frater amāde ī xpo: ne seducaris a socijs maliuolis dissolutis ⁊ mendosis. Jūge te virtuoso et disciplinato et erudito: a quo audias sp vbū bonū ꝓsolatorīū. ⁊ imitatione dignū Sīc em̄ carbo frigidus ꝓiūctus igni ardēti fit calidus ⁊ ardēs: sic tepidus sociās se feruido ⁊ deuoto: fit sepe feruid⁹ ⁊ deuot⁹. doct⁹ ⁊ morigerat⁹. Sic apli adherētes xpo: facti sī viri scti repleti spūsctō. Sic marcus adherēs sctō petro fit erudit⁹ ī euāgelio sctō: q̄ audiuit ab ore bti petri cū īgēti gaudio. Sic tymothe⁹ adherēs sctō paulo: fit doct⁹ ī scpturis sctis a iuuētut⁹ sue exordio. A q̄ postmodū ꝓficiēte dei gra ordinabat epūs in epheso: multū ꝑdilect⁹ ab eo sicut filī⁹ vnic⁹ a pre charissimo. Sic sctūs policarp⁹ ꝓiūct⁹ sctō iohāni aplō fit feruid⁹ ꝑdicator fidei in ꝓlo: ⁊ inclit⁹ martir cū sctō ignatio. Sic beatissim⁹ pr̄ nr̄ augustin⁹ īstructus ac baptizat⁹ a scō ambrosio epo: fit tādē glorioſus doctor

ſctē eccl̄ie illuſtriſſime iā noīat⁹ in toto mūdo. Sic ſctūs iuuenis maur⁹ adherēs ſctō būdicto: fit deo iuuāte poſtea abbas ſctūs vtutibus ⁊ miraculis clarus. Sic deo dilect⁹ bernard⁹ adherēs venerabili abbati ſtephano in ciſtercien. mōſterio: fit lumē religiōis in ordine ſuo: ⁊ tāq̄ ſydus claꝝ fulgēs i celo Exē pla ſunt plurima tā noua q̄ vetera: q: ꝓdeſt ſaluti aīe. ſocietas bona: ⁊ nocet q̄uētio p̄ua Prodeſt lectio bōa: nocet auditio mala Prodeſt ſolitudo cū ſilētio: nocet tumult⁹ ⁊ vag⁹ diſcurſus in mūdo. Aut igīt eſto ſol⁹ deo vacādo: aut cū ſocio deuoto de xp̄i vtutib⁹ ꝓferēdo. Caue de altis reb⁹ curioſe q̄rere: ſtude vicia tua cognoſcere: et remedia ſana morū

De fuga ſeculi ⁊ laq̄is diaboli. (adherere.

Eldiēs ſapiēs ſapiēti- Cap̄.II

a or erit. Audi adoleſcētule bone verbū eterne ſapiētie: ſup oīm ſapiētes mūdi tibi magis vtile. Moli fm bti iohānis dictū diligere mūm. ⁊ ea q̄ in mūdo ſunt: ſ re ſpue oīa tāq̄ ſtercora ⁊ venena. Cogita de fine ſine fine: et ceſſabit tētatio. Caue anīe tue piculū: nō ſis alicui ſcādalū: nec loq̄ris indecens verbū. Si te retrahit a deo p̄ carnalis ſide q: patrē habes in celis. Si mr aut ſoror impedit: dic eis. Mortales eſtis et fallaces: qui me creauit ipe me gubernabit. Qui deo ſeruit: oī bono nō deficiet. Cōmēda oēs amicos tuos deo. orās vt ſe emēdēt: ⁊ caueant a pctis ne deū offendāt: ⁊ p terrenis celeſtia pdant. Magna cordis inq̄etudo: amicoꝝ viſitatio frequēs. Mūdus tranſit ⁊ ꝓcupiſcētia ei⁹: ⁊ tu parit trāſib⁹ ⁊ amici tecū oēs Multi laquei dyaboli: ⁊ q̄ vult fieri diues et videri magn⁹: incidit in varias tētatiōes ei⁹. Laq̄i quotidiani ſunt cib⁹ et pot⁹. oculus vagus. ſmo ocioſus. incōſtātia cordis. ⁊ tediū boni opis. Oīnia vanitas: honor diuitie ⁊ ptās. Quid q̄ris q̄d cupis videre in mūdo: vbi nihil eſt mūdū: Totū vanū lubricū ⁊ doloſum: p̄ter amare deū ⁊ facere ſp bonū. Nō pt pfecte amare deū: niſi cōtēpnas teipm ⁊ mūdū ꝓp̄ deū: q̄ reddet tibi cētuplū in p̄ſenti: ⁊ vitā eternā i futuro. O frat̄ pegrine nō ſit tibi graue elōgari ab aīcis ⁊ notis: q̄ ſepe ſūt ipedimētū eterne ſalutis: ⁊ ſubtractio dīne ꝓſolatōis Ubi ſunt ſocij tui cū q̄bus luſiſti ⁊ riſiſti: Me ſcio. Abierūt ⁊ me reliq̄rūt. Ubi ē q̄ bibi vidiſti: Euanuit. Ubi ē q̄ comediſti ⁊ bibiſti: Totū perijt. Quis nocuit q̄ abſtinuiſti: Nihil oīno. Sapiēs g̃ q̄ deo fuit: ⁊ ſcīm cū ſuis delectatiōib⁹ fundit⁹ ſpnit. Vere ita eſt. Ve oīb⁹ mūi illecebris ebrijs: q̄s cito oīs iocūda ſocietas deſeret fugiet atq̄ ſepeliet. Ecce mor tui ſūt oēs. Nō vltra reuertēt̄ ad me: ego magis ſeq̄r eos deo vocāte. Ihoſpites fuer̄t ſup terrā: ⁊ ego. Oīa hic reliq̄rūt: et ego. Tanq̄ vmbra ſubito tranſierunt: ⁊ ego.

De vera ſapia apō deū querēda. Cap̄.III.

Eatus vir q̄ iuenit ſapiam. Que

b re verā ſapiām quā xp̄s docuit: ⁊ exemplo ſuo oñdit. Uer⁹ ſapiens odit iniq̄tatē: loq̄t̄ vitatē: ⁊ opat̄ iuſticiā. Qui ſobrie caſte pie hūlit̄ ⁊ deuote viuit. et picula tētationū cauet: ſapiēs eſt et deo placet. Ihic bonā famā hz: bonā ꝓſciam ſuat: triſticiā fugat. pacē poſſidet: ⁊ cordis leticiā freq̄nter a deo accipit: quā mūs ignorat nec ſapit Sapiētia mūi vanitas ē ⁊ ſtulticia reputat̄ apō deū: decipit ſuos amatores ⁊ i fine torq̄t ouātes. Sapia vo carnis mors aīe eſt q̄ ſbito tollit parit̄ vina bibētes ⁊ delitijs inherētes. Mam luct⁹ ⁊ pena: poſt carnis gaudia feda. Trahit̄ aūt vera ſapia de occultis vbis ⁊ ſacris actib⁹ xp̄i: q̄ ſuadet ſpnere mūdū. fugere delitias: domare carnē pati dolores: ſubire labores. amare virtutes.

De pugna cōtra ꝓpria vicia. Cap̄.IIII.

Egnū celoꝝ vim patit̄. Multoꝝ

r eſt incipe: paucorū ꝓficere: paucior̄ mortū ad pfectionē puenire. Aut em̄ ad carnē nimis labimur: aut inſupbiā erigimur: aut aduerſis frangimur. Heu raro hic inuenit̄ q̄ deū pure q̄rit ⁊ ſeipſum pfecte vincit: ⁊ fundit⁹ relinq̄t. Dixit quidē deuot⁹. Rara auis pfectio: arduū nimis vincere ſeipm. Qui nō laborat p vtute: nō ſaciabit̄ e⁹ dulcedie. Dis virt⁹ bonū hz ſibi annexū: et recreat bene operātē. Qui vicioſe agit generat ſibi malū finē: pdit honorē. deſtruit quietē. inuenit dolorē: auget triſticiaz. tollit boni ſaporē. Qui aūt abſtinet a licitis: ſecurior ē ab illicitis. Qui canis linguā reſtringit: morſum nō timebit: ⁊ q̄ ſilētiū ſtricte ſuat: labijs ſuis nō offendit. Longe ē a mēdatio. a lite. a detractione. a maledictione. ab ira⁊ murmuratione: q̄ libēter latet ⁊ tacet. Qui nō audit mala. nec videt vana. facilius ea vitat: ⁊ negligit ſilia recogitare. Senſum em̄ cuſtodia puritatis eſt cauſa: pacis diſciplina: deuotionis camera. Q̄n ira venit ad mētē ſapia recedit a prudēte Qui iracūde loq̄t̄: latrāti cani aſſimilat̄. Qui aūt māſuete rñdet ire motū frangit: ⁊ p ſpinis roſas p̄bet afflicto. Bene dicta lingua prudētis: q: ſanat vulnera trafcē

tis. Qui resistit vicijs ꝙ cito oriunt ꝛ pua vident: facilꝰ ea expellit anteqū duriora fiant.

Qui innititur deuotis exercitijs oratiõ ꝛ meditatiõ q̄ celestia sunt: assimilat sapiẽti ortulano, plantãti rosas ꝛ lilia i agro suo. Hic valde gaudebit i futuro: cũ sctis angelis i celesti paradiso. Angelis ẽ similis: q̄ puritatẽ custodit mẽtis ꝛ corpis. Demonũ ẽ seruus q̄ psentit vicijs: ꝛ delectat in cogitationibꝰ prauis. Dura ẽ pugna delectatiõi resistere: ꝑ durior erit pena futura: in eternis ignibꝰ cruciari. Ardor ardore vincit: clauꝰ clauo expellit: risus merore fugat. Cũ amor dei intrat: cũcta trãsitoria de corde recedũt. Sapiẽs ẽ ille: q̄ spernit milia mille. Omnia sũt nulla: rex papa plũbea bulla. Cũctoꝝ finis: mors vermis foetida cinis. Quãtũcũq̄ em̄ q̄s se extollit: nil ẽ mors oĩa tollit. Felix pegrinꝰ: qui habet hospitium in celis.

De deuotõis gra acquirẽda. Caplm. V.

E vobis q̄ ridetis: q̄ flebitis. Sicut v ꝛtus non pt stare cũ vicio: sic deuotio nõ põt acq̄ri cũ risu ꝛ iuuenio ꝑ cũ luctu ꝛ in silẽtio. Perfecta aũt ꝛtus non subito acq̄rit: ꝑ paulatim ꝛ cũ multo gemitu ꝛ dolore: cũ firmo ꝓposito ꝓficiẽdi sp in melius: vim sibi faciẽdo sepius: scz ieiunãdo vigilando oratiõ meditatiõ studẽdo scribẽdo laboratiõ a fabulis abstinẽdo ꝛ i secreto libẽter manẽdo. Omne gaudiũ q̄ de deo nõ ẽ cito perit: maculat ꝛ ledit. Bonꝰ sermo suauis est ad audiendũ: durꝰ turbat amicũ: ociosus pdit tpis fructũ. Esto diligẽs in opando bona: patiẽs in tolerãdo mala: ꝛ btũs eris i vita tua, deũ laudãdo oĩ hora. Raro tibi vnũ vel alterũ istoꝝ deerit: tristari aut letari. Felix q̄ oĩa ad bonũ trahit: ꝛ de aduersis lucrũ sibi facẽ. Qui deũ diligit: amara sic dulcia eq̄liter a deo accipit, ꝛ gras agit. Bñ ꝛ firmiter stat: q̄ nõ i se nec i hoĩe ꝑ i deo spem suã ponit.

De auditõe ꝛ lectiõe diuini ꝛmonis. Ca. VI.

Beati q̄ audiũt verbũ dei. Vile est b solaciũ hũanũ: qõ impedit diuinum. Cũ sacra lectio legit de⁹ tibi loquit: ideo cũ hũilitate ꝛbũ dei audi gratant. Veritas nõ ẽ aspernãda: a q̄cũq̄ simplici ꝓfertur. Qui bñ viuit bñ docet: et q̄ bñ legit: dei nũcius est. Fidelis nũcius nociua tacet: vtilia refert: fingere nescit. Pura veritas: iocundus verbũ. Subtilis sermo pauls nocet: blãdus sepe decipit. Falsus narrator pacis turbator: q̄ illũ audit scãdalũ nõ euadit. Judex discretus: oĩ laude dignus. Durus ꝛ ũnmisericors: nõ ẽ miscia dignus. Iracũdus animus torquet seipm grauiꝰ: vexat innocẽtes sepius: maledicit potentibus occulte: ꝛ deridet apte bñ agẽtes. Dolosus in verbis fallit sibi credẽtes: ideo paucos habebit amicos. Bonũ est tacere mala: sctm̄ vera ꝓferre: rõnabile modeste agere. Justũ ẽ nulli nocere: piũ oĩbus ꝓdesse: religiosum verbis ꝛ moribus ꝓximũ edificare. Prudẽtis ẽ agẽda prẽmeditari: ꝛ sine causa nil noui querere: ignota nõ facile enarrare: dubiosa nõ statim ꝓfirmare. Magnũ bonũ ꝓ pace cordis silentiũ oris. nam os fatui q̄si semp aptũ rixisq̄ ꝓximũ. Qui deo placere desiderat cor et os custodiat: ne deuotiõis gratiã ꝓdat ꝛ quietem amãtes offendat. Multa pulcra verba non implent saccũ: nec eloquẽtia verborũ sanctificat ociosum: neq̄ ambiciosum. Qui bñ facit: bene habebit.

De diuina cõsolatõe i tribulatõe. Ca. VII

Curta est dies his q̄ tribulato sũt cor i de. Nemo inuenit tam bonꝰ ꝛ deuotus: cui nõ occurrit aliq̄d oneris ꝛ grauitatis. Cum ergo fueris in tribulatõe ꝛ cordis merore: tunc es cũ iesu in cruce. Cum aũt iterũ cõsolaris in ore ꝓ gratiaꝝ sancti spũs: tunc q̄si ex mortuis cũ xpo resurgis de sepulcro: ꝛ celebras pascha i nouitate vite cũ iesu in corde iubilãdo. Cum ꝛo audieris aliquẽ indigna ꝛ dura verba tibi dicentẽ: tunc dat tibi de calice dñi bibere ꝓ medicina anime tue. Tace ꝛ bibe salutis pocula sine murmure: ꝛ dñs rũdebit ꝓ te in vita ꝛ in morte. Nõ obliuiscet tui deus. Nihil gloriosius: q̄ silẽdo ꝛ patiẽdo obstruere os loquẽtis iniqua: ꝛ sequi exemplũ xpi tacẽtis coram pylato: cui fuere multa falsa obiecta. Non em̄ es melior deo tuo ꝓ te flagellato ac derisso: ꝛ tandem a malignis occiso. Nescit hõ q̄ bonꝰ sit ꝛ ꝛtuosus: nisi cũ vexatꝰ fuerit aduersus. Xpi mꝫ tos hz amatores ꝛ sodales mẽse: ꝑ paucos sectatores abstinẽtie. Verꝰ amator crucifixi nõ refugit pati dolores nec ꝓfũdi a puerꝫ: vt sit xpo ꝓformis in scãdalo crucis. Mã cui xps viuere ẽ: huic pati ꝛ mori ꝓ xpo lucrũ ẽ maximũ. Quanto ardẽtius deum q̄s diligit: tanto minꝰ mortẽ timet: ꝛ eo amplius dissolui ꝛcupiscit vt cũ xpo felicit viuat: ꝛ ippetuũ cũ angelis gaudeat. Felix aĩa q̄ iesũ medullitꝰ amat pũtia bona amore eternoꝝ vilipẽdit: ꝓ noie iesu mala patient tolerat: ꝛ ad pedes iesu hũiliter se ꝓsternit ꝛ orat: vtin virtutibus ꝓficiat ꝛ constans ꝑseueret.

XB: David.

De gaudio bone ꝓscie ꝛ ſpūſctō. Caꝑ. VIII

Audete in dño ſemp. Longaude
g bonis. ſuſtine malos: cōpatere infir
mis. ignoſce delinquētibus: ora pro
oibus. Proīce a te malā triſticiam: q̄ impo
rat accidiā ꝛ rancorē. Aſſume dulcē ꝛ ſanctā
meditationē de vita ꝛ paſſione xp̄i: ꝛ inueni
es verā ꝓſolationē ꝓtra oēm triſticiā ꝛ tenta
tionē. Bona vita merek laudē: tepida uer-
ſatio ſibi ꝛ alīs eſt onerosa. Bona cōſcia pa
rit gaudiū: mala conſcia generat ſibi tormen
tum. Studeas ſemp bñ agere: ꝛ eris ī bona
pace. Non te nocebūt mala prauorū: ſi pmā
ſeris firmus in recta via iuſtorū. Bona con-
uerſatio hoīs fert ſecū leticiā cordis: ꝛ famā
iuſte laudis. Vana exultatio cito pit ab ore
laudātis. Plus nocet blanda laus ſtulti: q̄
dura correptio iuſti. Humilis oño aſcēdit
in celū placat deū: impetrat gratiam: repellit
diaboli fraudē. Humilis cōfeſſio merek veni
am: friuola excuſatio aggrauat culpā. Vera
cōtritio delet maculā: feruēs emendatio mi-
nuit penā. Vana fabulatio ſubtrahit deuo-
tiōis gratiā: bona locutio auget leticiā. Cau
ta cuſtodia ſenſuū vbiq; neceſſaria: vtilis eſt
vaga clauſura. Frequēs oño firma ꝓtectio:
ozus ſilētiū pacis domiciliū. Multi feruēter
incipiūt: ſ ꝓſeuerantia accipit glorie coronā
Jugum xp̄i amātibus eſt ſuaue: tepidis gra
ue: ſuperbis amarū: mitibus leue, humilibus
charū. Dulcis ieſus oīa dulcia ꝛ leuia facit.
Carnalis ſemp mollia querit: ſpūalis talia
fugit ꝛ odit. Maxime iuſtus dolet: q̄ oīes
motus viciorū extinguere nequit. Sed qua
re deus iſta pmittit? Jdeo vt hō ſemp ſe hu-
miliet: ꝛ adiutorīū diuinū ſp implorет. Si
cut ſuperbus honoribus ꝛ diues in diuitijs le-
tak: ſic verus humilis in cōtemptu ſuipſius
et paucitate rerum delectak. Gloria ꝛ diuitie
ſeruorū dei: xp̄s rex celorū. Extra deū oīs de
lectatio prava: oīs leticia vana: oīs copia re
rum inopia eſt. Nil quippe aīe famē ſatiat: ni
ſi ſolus deus qui eam creauit. Magna liber
tas animi: nil cōcupiſcere q̄ ſunt mūdi. Vi
ta iuſti bona agere mala pati: in oībus deuz
laudare: de bonis nunq̄ ſuperbire. Ille deum
veraciter laudat: q̄ viliter de ſe ſentit: ꝛ quic
qd boni cogitat loquik ꝛ facit: h̄ totū deo fi-
deliter aſſcribit. Cū ergo de vana gloria ten
taris nō ꝓſentias: ſ cū ꝓpheta ꝓtinus hūili
ter dicas. Nō nobis dñe nō nobis: ſ noī tuo
da gloriā. Fortiſſimus triūphus hoīs. vin-
cere qd delectat: aggredi qd terret: ſufferre le
uiter qd grauiter dolet.

De bonis moribus hūilis frīs. Caꝑ. IX.

Umilibus aūt deꝰ dat gratiā. Dis
h actio ꝛ locutio religioſi frīs debz hu
mili verecūdia ornari: ꝛ nulla re va-
na occupari. Bonū ſignū future ꝓbitatis in
nouitijs ꝛ iuuenibus: hūiles hre mores: pax
loqui ꝛ p̄cipue inter ſeniores. Qui nō aſſue-
ſcit p̄mo ꝛ audire ꝛ diſcere tacere: raro repu-
tabik inter doctos ꝛ ſapiētes. Jdeo multi iu
dicāk ſtulti: q; moribus ſūt inculti. Lito obe
dire: frequēter orare: deuote meditari, diligē
ter laborare: libēter ſtudere, diſcurſus vita/
re. ſolitudinē diligere: deuotū faciunt mona
chū ꝛ tranquillū animū. Legik in Geneſi q;
deus ad munera abel reſpexit: ad cayn non
aſpexit. Quare? Quia abel inocēs ꝛ hūilis
cayn aūt inuidus ꝛ puerſus. Eſto abel patiē
do tibi moleſtū: non litiges cū cayn ne ꝓdas
pacē ꝛ boni noīs famā. Melius ē tibi rē tuā
ꝓdere: q̄ offendere deū ꝛ ledere fratrē ac frā
gere charitatē. Si vis lucrari theſaurū cele-
ſtē: p̄ice a te terre molē. Si cupis honorē p-
hennē: deſpice gloriā tpalem. Si deſideras
pacē: caue ꝓtentōes locū ꝛ ire radicē. Si vis
magnus eſſe in celo: eſto puulus in mundo.
Non te iuſtifices coram hoībus: q; vana laus
hūana: vbi accuſat mala ꝓſcia. Audax et
verboſus ambo vitupabiles: modū rectū nō
ſeruātes. Multi fortes ceciderunt: q; nimis
de ſeipſis p̄ſumpſerūt. Multi infirmi ꝓualu
erūt: q; in deo ſperauerūt ꝛ eū inuocauerūt.
Hūilis ꝛ māſuetus: amabilem ſe facit oībus
Auſterus ꝛ rigidus: auerti ſibi ap̄roximan
tes. Vincit ſibi ꝓtrarios patiēs ꝛ taciturn⁹.
cū obſeqo charitatis. Multiplicat amicos:
qui libenter ſeruit alīs ꝛ cōpatik tribulatis.
Qui neſcit tacere cū tps eſt: cōfundit ſe coram
multis. Prudēs eſt ꝛ habilis in artibus: q̄
ſcit ſeipm facere bonū ꝛ p̄mēdabilē ī x̄tutib⁹
Jlle fortis eſt virib⁹: q̄ fortik reſiſtit a vicijs.
Magn⁹ ē dñs: q̄ dmak p̄uis deſiderijs ſuis.
Fortis ē miles ꝛ bñ armat⁹ q̄ carnē domat cō
tinētie armis. Dign⁹ ē locari cū angelī ecclē:
q̄ caſte viuit ī trīs. Hō caſt⁹ aīcus dei, ꝛ ange-
loꝝ ſociꝰ: x̄ginū cognat⁹ ꝛ ſctōꝝ ciuis amat⁹
Hūik ꝛ caſt⁹ vincit demōes: ꝛ tret ipudicos.
Magn⁹ ē plat⁹ q̄ x̄tuoſe ſe regit: ꝛ dat bonū
exēplū ſubditis. Jlle dign⁹ ē laude bonoꝝ: q̄
nitik ſeq̄ x̄tutes eoꝝ. Nobik ē et ingenu⁹: que
nobilitat ſua x̄tus. Pulcer h̄ ē hō: q̄ mūdus
ē a pctō. Malus ē ſi ornak foris: niger tñ eſt
intus. Jlle felix eſt ꝛ diues: qui gra dei plen⁹
eſt ꝛ nil cupit honoris. Fatuus eſt ꝛ inſan⁹ q̄
amat ſibi nociua: ꝛ dimittit aīe ſalubria, hec

est sapia diuina querere bona sempiterna: et
despicere oia trāsitoria. Si qs a te apetit do
ceri: via hūilitatis ei oñde & exemplo pcede.
Ver⁹ hūilis nescit inflamari: spernit laudari
ptemptus audet: lesus cito ignoscit.

De instabilitate humani cordis. Cap. X.

Qui manet in me et ego in eo: hic fert
q fructū multū. Cogitatones & affe
ctiones hoim varie sunt & instabiles
& inanes oēs & impure q̄ de deo non sunt. O
cor hūanū cupidū nimis & insatiabile: q̄ ma
lum est tibi & amarū relinquere deū tuū. Cur
multa inania cogitas: q̄ te pfecte ꝓsolari ne
queūt nec plene satiare: Quid igit facies: q̄
te vertes vt bene habeas: Reuertere cito ad
cor tuū: vide in quātis offendisti: cura emen
dare q̄ deliquisti. Prepara deo domū mētis
custodi te ab irruētibus imaginibus & curis
externis: vt replearis consolatione sci spūs
Qui sepius foris euagat: raro inde: meli
orat. Oia ad nihilū tēdūt: q̄ foris nitida ap
parent. Nec videntes satiāt visa. nec audita
implēt corda: & nisi oia referāt ad laudē cre
atoris: inanis est ois visio videtis. Hinc san
ctus dauid cum cithara: laudes canit deo in
ethera. delectasti me dñe in factura tua: et in
opibus manuū tuaꝝ exultabo. Nemo stabi
lit in bono creato: & tm̄ in deo solo sūmo bo
no. Sta in veritate: & veritas liberabit te de
oi mēdatio & iniqtate: de tua ꝓsona fabulata
Oia q̄ de ꝓximo male fingunt: reuertent in
caput obloquētis. Xps veritas ē: & q̄ sequit
xp̄m amator est veritatis. & ois virtus. Qui
deserit veritatē ꝓpter lucrū tpale vel hono
rē: pdit fidē & virtutis decorē. Deus veritas
est: & mēdaces nō sinit diu latere. Malus ad
tpus se fingere pōt: & finaliter veridicus pua
lebit: & fictus cōfundet vbi nō estimat. Moli
aliq̄ cogitare nec desiderare nisi q̄ recta sunt
& deo maxime placēt: hec em̄ sunt virtutes &
bona opa: ad honorē dei facta. Mane in ve
ritate & charitate: & eris acceptus deo & ange
lis & hoibus. Nec timeas. Malus pōt aufer
re aliq̄ transitoria: & deus reddet patiēti mul
to maiora & eterna. Si vis hfe pacē & bonaꝝ
psciam: serua hūilitatē patientiā & obedientiā
Nullus hostis peior tibi: q̄ tuipse tibi graui
ter cōmotus. Si em̄ ꝓprios defectus caute
cōsideras: aliorū facta parū ponderabis.

De fiducia in deo hñda tpe angustie. Ca. XI

Spera in dño: et fac bonitatē. Ne/
f mo vane exultet de bonis tpalibus:
nemo de suis amicis & cognatis ni/
mis cōfidat: q̄ oia incerta sunt & plena peri
culis. Qui aūt cōfidit in dño & in necessita
te ad eū clamauerit: nō deseret ab eo in qua
cunq̄ tribulatōe fuerit. Pax magna bñ agē
ti. bona loquēti. nemini nocēti: ab oi via ma
la & iniqua cogitatōe se custodienti. Claude
ostiū domus tue: & eris in pace. Cadit facili
me qui nō ꝓponit ātidie aliquid boni in cor
de: tanq̄ scutū cōtra ictū sathane. Multi cū
eis nō succedit ꝓspere: desistūt orare & repu
gnare. Attū sine labore & certamine ⁊tus nō
acquirit: nec sine cautōe custodit. Vagus &
leuis moribus horret disciplinā et cellam: si
cut auis capturam. Nō desperes grauiter tē
tatus: aut duriter correptus. aut derisus: aut
cōfessus. aut despectus: & memēto q̄ iniquī
tas tua despici & castigari iuste meret. Susti
ne patiēter: & loquere cōfidēter. Bonū mihi
dñe q̄ humiliasti me: vt discam iustificatōes
tuas. In tentatiōe & tribulatiōe homo ad
discit deum sibi esse magis necessariū: ꝓpter
suam indigentiā & defectuū grauitatē. Fatu
us & infidelis est seruus: qui de bonis dñi sui
vult supbire & alios despicere. Qui conser/
uos suos despicit & se meliorē reputat: deū &
oēs sanctos offendit. Hic error maxime i no
bis orit quia humiles nō sumus: nec ꝓprios
defectus attendimus: quos semp attendere
et deflere debemus. Unusq̄sq̄ sufficiēs on⁹
sibipsi est. Quid ergo pdest q̄ alienis factis
te ingeris: & plus tollis q̄ portare vales: Jō
interdū homo aperte cadit aut errat aut ali/
quid negligit: vt cōfusus coram aliis magis
se humiliet. cōpati discat. erranti subueniat:
& apud se casu ꝓprio doctus dicat. Hic ho
mo est: nō angelus. Sicut mihi accidit: sic &
sibi ꝓtingit. Fratres sumus. Ego male: ipse
forte bñ ꝓtendit. Qui nunq̄ cadit nec errat:
solus deus est. Quare rides de lapsu alteri
us: Qui stas vide ne cadas. Deride lapsuꝝ
tuū. Aperta cōfusio: sepe est extinctio vane
glorie.

De virtute orationis & virtute sacre lectio
nis. Caplm. XII.

Sine intermissione orate. Quare &
f Quia vbiq̄ sunt tribulatiōes & tem
tatiōes: vbiq̄ insidie & immissiones
p angelos malos. Raro audiūt bona noua
vbiq̄ insurgūt plia multa: intus timores. fo
ris pugne: nulla dies sine labore: nulla hora
absq̄ mortis horrore. Fiūt aūt iusto dei iudi
cio bella & incendia ꝓpter hominum pecca/
ta: et vt electi excitentur flagellis ad celestia

querenda. Ideoq; continua oꝛo summe est necessaria contra oia mundi pericula: tanq; fortis lorica cõtra hostiũ iacula. qui nõ oꝛat nõ pugnat: t qui non pugnat et resistit: cito vincit t coꝛonã pdit. Sed quis põt semper oꝛare t pugnare? Omnia põt qui deũ inuocat: t in eo cõfidit. Mã ppe ẽ dñs oĩb⁹ inuocantibus eũ in veritate. Si nõ põt semp oꝛe clamare: oꝛa spũ t mente: oꝛa desiderio t pia intentiõe. Juge sacrificiũ in ara coꝛdis: ẽ bona volũtas semp bene agendi t semper deo seruiẽdi. Semp eñ oꝛat: qui semp bñ facit. Qui de pteritis malis dolet t p futuris bonis gemit: oꝛare nõ desinit. Dic cum sctõ dauid in psalmo. Dñe ante te omne desideriuz meũ: t gemitus me⁹a te nõ est absconditus.

Valde vtilis est sermo dei: et sacra lectio ad recolligendũ animũ p diuersa distractũ: aut aliqua passione grauatũ. Lectio ostẽdit rectã viã viuẽdi: exẽpla puocant ad imitandum. oꝛo impetrat gratiã. ad pficiendũ Bona est lectio de deo: melioꝛ oꝛo ad deum: optima operatio ppter deum. Beatus qui oĩa verba t facta sua oꝛdinat ad laudẽ dei sicut in beatitudinis finẽ: vt sit deus oĩa in oĩbus t sup omnia bñdictus t laudatus in secula.

Quõ põt dici religiosus t efficit deuotus quẽ dilectat magis fabulari q̃ legere t oꝛare? Qui libenter vana audit t leuia pfert: vili pcio animã suam vendit. In omni tribulatione t tentatiõe ad oꝛationem recurre: sicut ad poꝛtũ aĩe tutũ. diuinũ implorãdo auxilium. Quãto citius tanto melius: quanto tardius tanto peius. Quãto sepius tanto vtilius: quãto feruẽtius tãto deo acceptius. Pius t misericoꝛs deus vult rogari: causas dat oꝛãdi: spem ꝓmittit exaudiẽdi dicens. Petite: t dabit vobis. hoꝛtat verbis. puocat exemplis: minat virgis. blãdit donis: castitat aduersis. letificat ꝓsperis: t sic fit vespere t mane dies vnus. Sepe etiã dat deus experimentũ interne suauitatis deuote oꝛantibus secrete manẽtibus t libenter tacentibus: qõ denegat fabulantibus t foris vagantibus.

Qui vult bona noua audire: audiat xp̃m loquentẽ de regno dei. de iudicio futuro: de celesti hierlm: de felicitate ciuiũ supnoꝛũ: de oꝛdinibus t choꝛis angeloꝛũ letantiũ in secula seculoꝛũ. Audiat ppbetas misteria xp̃i nũciãtes: t pcõꝛibus pensa intonãtes. Audiat apostolos t euangelistas: opera t miracula xp̃i aperte narrãtes. Audiat doctoꝛes t alios magistros pulcre sermocinantes clare exponentes: moꝛibus vitam oꝛnantes: hereses t eroꝛes cõfutãtes. Capiat quilibet qõ sibi deseruit t placet: non spernat simplicia: nec reꝑhendat que nõ intelligit alta Stultũ est eñ reprehendere sapientes: iniquũ iudicare diuinos t sanctos. Stude primo humiliter discere t parua implere: t deus dabit tibi maioꝛa si vtile fuerit citius intelligere. Scriptum est eñ. Scienti bonũ t non faciẽti peccatum est illi. Qui multa scit t legit. si non facit que nouit t didicit: vacuus de bona mensa recedit. Qui raro oꝛat t parum laboꝛat: diu frigidus t paup remanebit. Qui contra vicia disputat t vicijs non resistit: bona semina inter spinas iactat. Paruum fructum de multis verbis colligit: qui oꝛando coꝛa prauis cogitationibus nõ ꝓmunit. Felix anima q̃ ab omni impuritate irruente stricte se custodit: nec patit quid moꝛari in abdito coꝛdis quod oculos dei latenter offendat Humilis confessio peccatoꝛum: purgatio est omnium vicioꝛũ in coꝛde humili et contrito ante deum. Deuotus delectat in precib⁹: studiosus in libris: virtuosus in virtutibus: superbus in honoꝛibus. humilis in despectibus. diues in pdijs. auarus in pecunijs: mẽdicus in elemosinis. gulosus in cibis t potibus: ociosus in fabulis. sobꝛius in abstinentia: sapiens in sapiẽtia. bonus monachus in oꝛdinis disciplina: sup omnia autẽ delectat t letificat amoꝛ dei et bona cõscientia. Si vis vincere anime tue nequissimos hostes: fuge tace quiesce: oꝛa ieiuna stude laboꝛa. Sanctus cogitat sancta: loquit vera. operatur recta spernit presentia. contemplatur eterna. Humilis audit consilia. prudens cauet pericula: patiens pie fert sibi molesta: diligens non negligit opera sua. Qui parua non cauet: ad peioꝛa coꝛruet. Tepidus de mane: raro feruescit in vespere. qui cito abijcit a se toꝛporem t arripit laboꝛem: gaudiũ sibi acq̃rit t magnũ honoꝛẽ. Et si nõ ab hoĩb⁹ certe a deo qõ est oĩbus amplio⁹ optãdũ t pferẽdũ Nam ipse merces omniũ bonoꝛũ laboꝛũ. suoꝛum t doloꝛũ: ppesq; coꝛona sanctoꝛum. Ociosus non satiat fabulis: virtuosus etiaz abstinet a licitis. Ille beue stat t recte ambulat: qui in humilitate se fundat t omnes mũdi honoꝛes p nihilo taxat. Ille optime sapit t sapienter agit: qui soli deo placere studet. exterioꝛa fugit: interna querit: celestia appetit. terrena omnia fastidit. se despicit t amoꝛem dei omnibus bonis semp ꝓponit.

De laude charitatis ⁊ fructib⁹ ei⁹. C.XIII

Omnia vr̄a in charitate fiant. Nobilis virtus est charitas: q̄ oībus virtutibus supeminet ⁊ sciētijs ⁊ donis Hec deū amplectit̄. ⁊ angelos sociat hoībus ⁊ de filijs hoīm efficit filios dei ⁊ amicos sanctorū. Hec xp̄m fecit nasci de virgine: ⁊ crucifigi ꝓ humana salute. Hec animā a peccato purificat: ⁊ ad amandū deū toto corde toto affectu toto intellectu sursum trahit: ac mira dulcedine replet ⁊ accēdit. Hec de pctōribus facit iustos. de seruis liberos: de hostib⁹ amicos. de ꝑegrinis ciues. de ignotis familiares. de vagis stabiles: de suꝑbis humiles de ꝑuersis mites: de tepidis feruidos. de tristibus letos: de tenacib⁹ largos. de terrenis celestes: ⁊ de indoctis sapiētes. Hec oīa opatur charitas diffusa in credentiū cordibus: ꝑ sp̄m̄ sanctū datū eis de celis. Hec alas habz latissimas ⁊ longas: volat suꝑ cherubin ⁊ seraphin: ⁊ suꝑ oēs choros angelorū. Coniungit summa infimis: transit ꝑ media. redit ad summa: vnū efficit de multis: letificat oēs et singulos. nō in seipsis vane gloriātes: sed in diuino amore suꝑ se extendentes. Charitas circuit celū ⁊ terrā. mare ⁊ aridā: ⁊ oīa que videt ⁊ audit in creaturis: ad laudem ⁊ gloriā refert creatoris Non em̄ est aliquid tam paruum ⁊ vile in rerū naturis: in quibus non luceat bonitas entis. opus artificis. potentia creantis. sapīa disponētis: ⁊ ꝓuidētia oīa rectissime gubernātis. Hec ꝯsideratio facit animam deuotam deū laudare: omni loco a tꝑe bn̄dicere. exultare ⁊ iubilare. Per hanc animus ardescit intus. ⁊ sicut cera liquescit a facie ignis: nescit modū tenere: sed suꝑ oīa celi luminaria volitat: vt vnicū dilectum suum ⁊ oīm rerum cōditorem oībus p̄sidentez inueniat: quatenus in eo felicissime gaudeat ⁊ secure quiescat. O q̄ iocūde ⁊ ꝑoptime illi est: cui adherere deo ⁊ secrete frui datum est O si parū mihi gustare liceat: qd̄ angelis clare patet. ⁊ finem nō habet Sed ad actiuā vitam redeundū: ⁊ cōtra tentatiōes quotidianas fortiter ꝑ virtutē charitatis p̄liandum Sepe em̄ post magnā cōsolationē sequitur grauis desolatio. aut importuna tentatio vl̄ corporis lesio: aut hominū vexatio. aut amicorum subtractio: aut hostiū inuasio. aut mētis cōturbatio: aut derisio paruulorū. aut increpatio maiorū: aut dura correctio p̄latorū Oīa hec contingunt ad humiliandū cordis nostri suꝑbiam: ad cōpatiendū infirmis tribulatis ⁊ tentatis. Non ergo cōfidamus in nobis. nec alta sapiamus: nec cōmoda nr̄a queramus: sed in om̄ibus humiliemus nos. subiecti deo. ⁊ oī humane creature ꝓpter deum in vera charitate. Per charitatē venit deus in mundū: ꝑ charitatē reduxit hoīem ad celū. Per charitatē xp̄s descēdit ad hoīem peccatorē: ꝑ charitatē ⁊ crucis ignominiam ascēdit ad patris dexteram: et dedit homini maximū honorē Charitas nunq̄ est ociosa: operat̄ em̄ magna et sublimia: inclinat se etiam libenter ad humilia ⁊ abiecta. Ipsa ꝑficit diligenter honesta: delectat̄ viliora sibi iniungi ex obedientia. Non abhorret tangere infirmorum vulnera: lauare pedes. sternere lectulos: purgare vestes. tergere sordes. Ipsa patienter fert aspera: letat̄ inter opprobria. Sicut ignis consumit ligna. sic charitas vicia extinguit. Cor mundat ꝑ contritionem: lauat ꝑ cōfessionem: abstergit ꝑ orationem: illuminat ꝑ sacram lectionem: accendit ꝑ deuotam meditationem: colligit per secretam habitationem. coniungit animā deo ꝑ feruentem amorē. Charitas excitat os hominis ad laudandū deum: manus ad operādum. pedes ad ambulandum. oculos ad cōtemplādum. memoriā ad recordandū. exteriora membra ad seruiendū. interiora dona ad amandū deum suꝑ oīa bona in celo et in terra Ipsa charitas in hūili aīa delet mala p̄terita. munit contra futura: instruit de p̄sentibus. liberat de multis dubijs: ꝓhibet a curiosis. amputat superflua: arguit falsa. odit turpia. mitigat dura: illuminat obscura. aperit oranti celi secreta: ordinat omnia intus ⁊ extra. Charitas est bona volūtas in anima sancta que nō desistit recta operari: q̄uis debilitas vel necessitas quandoq̄ non ꝑmittit agere bonum qd̄ p̄tendit̄. O felix munda anima cui deus est omnia: que p̄ter deum nil sentit iocundū nec p̄ciosum: sed cuncta amara ei vident̄ ⁊ onerosa. Talem deus requirit talem diligit: q̄ se et oīa ꝓpter eius amorem spernit ⁊ relinquit: fortiter certat. ⁊ cor suum in puritate custodit. Cito et libere ad deum aīa pura ꝑgit: ⁊ suꝑ oīa mūdi cōdita euolat: que in terris nil cōmodi nec honoris cōcupiscit. Charitas xp̄i oīa vincula mundi soluit: oīa onera leuia facit: ⁊ quecūq̄ deo placēt fideliter implere satagit. Unde cum xp̄o orat ⁊ dicit. Pater nō mea volūtas: sed tua semꝑ ⁊ vbiq̄ fiat Amen.

De vigili cura ⁊ labore ꝫ tẽtatões. C. XIIII

Esistite dyabolo: et fugiet a vobis.

r Ubicũq; fuerit bon⁹ hõ occupat⁹ cũ deo orãdo meditãdo studẽdo scribẽdo. ibi assunt angeli scti ꝓ gaudẽdo: assunt et demones ipm tentãdo ⁊ distrahẽdo. Cũ incepis orare fugiũt demones q̃si ab igne scti spũs: ⁊ cũ volueris fabulari redeũt oẽs celeriter: ad agẽdũ rumores inanes. Si aũt supuenerit bon⁹ plat⁹ dissipabit mox oẽs fabulantes: ⁊ arguet ocio vacãtes: ⁊ bona opa negligẽtes. Manea ġ i silẽtio ⁊ cogita de deo tuo ꝓ solatio habẽdo: ⁊ liberaberis de tedio boni opis: te pseuerãte i bono incepto. Esto fidelis i modico: ⁊ lucraberis decẽ milia talẽta in regno supno. Nõ sis ociosus in secreto nec ỽbosus i publico: ⁊ fugiet diabol⁹ victo⁹ a taciturno. Odit em̃ laborãtẽ ⁊ tacẽtẽ: orãtẽ ⁊ bona meditãtẽ. Ubicũq; fueris solus vel cũ alijs: oportet te certare vigilare ⁊ orare ꝫ tẽtatões carnis ⁊ spũs. Certa fortiter. ora ferueñt: labora diligẽter: stude frequẽter. tace libenñ: sustine patiẽter. Spera in dño sp: quãtũcũq; fueris tribulat⁹ ⁊ desolatus vehemẽter. Qui seipm in oi loco ⁊ tpe ponit ad patientiã: maiorẽ nũc habebit pacẽ ⁊ de aduersarijs victoriã: ⁊ in futuro cũ electis clariorẽ glorie coronam obtinebit.

De fratno onere inuicẽ portãdo. Ca. XV.

Later alteri⁹ onera portate. Qm̃

a quidẽ oẽs in xpo vnũ sum⁹: ideo fraternã charitatẽ tenere debem⁹ in vinculo pacis: ⁊ i bono sp ꝓcordare. Oẽs xpi mẽbra sum⁹. renati i baptismo p gratiã spũs sancti passione xpi redẽpti: sanguine xpi mũdati: corpe xpi refecti. verbis xpi eruditi: miracul xpi ꝓfirmati. exẽplis xpi edificati. Quid ergo alterutrũ nocetis frẽs mei? Qui aliũ verbo vel facto ledit: xpm offendit. Xp̃s vindicabit: xp̃us puniet: nisi cito se emendauerit. Unũ deũ patrẽ habem⁹ in celis: oẽs xpi frẽs sum⁹. de quacũq; ciuitate vel patria ỽ cõgregati: aut quãtalibet parẽtela nobili vel ignobili generati. Un⁹ de⁹ nos oẽs creauit: vn⁹ pascit ⁊ gubernat: vn⁹ ad vni⁹ btitudis finẽ nos vocauit ⁊ q̃tidie vocat: p voces foris: p ꝓtritionẽ int⁹: q̃ se nob videndũ ꝓmisit in p̃miũ eñnũ i ꝓspectu angelor: cũ vnanimi felicitate oim ciuũ supnor. Si ġ a deo vnanimit vocati sum⁹ vno ꝓcio redẽpti. vno spũ oẽs potati: studeam⁹ inuicẽ diligere ⁊ fuire Si xpo placere cupim⁹ tũc ꝓpt xpm inuicẽ onera nr̃a portem⁹: ⁊ ex charitate p̃ iuicẽ ore mus: q; sic de⁹ i nob ẽ ⁊ nos i deo sum⁹ Quic q̃d imꝑfectõis ⁊ ineptitudinis videmus vel audim⁹: ỽ pie i bonũ inꝭptari debem⁹: sic de nob fieri optam⁹. O frat amãde porta et portaberis: excusa ⁊ excusaberis. Cõpatere peccãti: ⁊ ꝓpatiẽt tibi. Cõsolare lugẽtẽ: ⁊ cõsolaberis a gaudẽte. Erige cadẽtẽ: ⁊ erigẽt dño auxiliãte. Sic feceris alteri sic fiet etiaz tibi: deo iuste iudicãte ⁊ vindicãte. Nõ mireris nec indigneris si cadit hõ fragilis i mõdo: q; angelus cecidit i celo: ⁊ adã i paradiso victo⁹ a modico pomo. Sepe valde pua res est vñ hõ valde grauit tẽtat⁹ i seipso: vl etiã vexat⁹ ab alio. Hoc de⁹ iuste pmittit ꝓtingere: vt veracit cognoscas q; si nõ potes pua vincere: nõ poteñ grauiora superare. Esto benign⁹ in fratrẽ tentatũ: ⁊ ora ꝓ tribulato sicut ꝓ te metipo. Bonũ tuũ bonũ meũ p ꝓgratulatione: ⁊ malũ tuũ malũ meũ p ꝓpassionẽ. Nam oẽs fragiles hoies sum⁹: idcirco p̃ iuicẽ orare ex charitate tenemur Nemo alteri ip̃ropere ꝑt defectũ suũ se neglecto q; si q̃s aliquẽ defectuosũ despicit: q̃si cec⁹ cecũ illudit: ⁊ surdus surdo maledicit: ⁊ stult⁹ stultũ deridit. Tace de alio tibi nõ ꝓmisso male loq: ỽ seipsũ magis respice ⁊ corrige qõ forefecisti. Si recte iudicas ⁊ ꝓximũ emẽdare intẽdis: a te ipso incipe. Et tũc ꝓcede nõ ꝓmote: ỽ modeste ⁊ discrete. Si diligis me sincere ⁊ fratne: ꝓpatere mihi sicut tibi: ⁊ ora p me. Qui aliũ corripit ⁊ ꝓ eo nõ orat nec ꝓdolet: crudelis ẽ hostis nõ medic⁹ pius ỽ onerosus fabulator Qui p alio sic̃ p seipso orat: duplex bonũ facit. Qto q̃s plus habet de bono fratne charitatis: tãto libẽti⁹ p eo orat vt ꝓfecti⁹ se emẽdet ⁊ oculos infirmor nõ offendat. Ideo ampli⁹ cõtristat̃ si audire noluerit: ⁊ ammoneti indignat̃. Quilibet est alteri aut rosa redolens aut spina pungens.

De amore xpi ⁊ odio mũdi. Cap. XVI.

Anete in dilectõne mea. Uox xpi

m vox dulcis ad audiendũ salub: is oibus ad obediendũ. Amor xpi iocunditas mentis. paradisus anie: excludit mundum. vincit diabolum: claudit infernũ: aperit celũ. Amor christi ⁊ mundi contrarij sũt: ⁊ nihil commune habent: nec simul commorari possunt. Amor christi currus helye ascẽdens in celum: amor mũdi quadriga dyaboli trahẽs ad infernum. Amor sui lesio sui: obliuio mundi inuentio celi. Plus nocet blanda locutio ficti amici: q̃ dura correptio hois iusti Cogitatõ dolosi fingit mẽdatia: mẽs iu

sti recte ꝓcedit in causis. Non euadet scãdalum: qui alteri infert scãdalũ. Rector & cognitor oĩm deus nõ diu patiẽ ouiculã suam errare & balare: ꝙ aut baculo timoris feriẽs reuocat: aut amoris oculo intuens ad cõsciam reducit. Ubi pax & concordia: ibi deus et oĩa bona. Ubi lis & discensio: ibi diabolus & oĩa mala. Ubi humilitas: ibi sapiẽtia. Ubi supbia: ibi radix malicie. Uince supbiã: & inuenies pacẽ magnã. Ubi dura verba: ibi lesiones charitatis viscera. Ubi solitudo & silẽtium: ibi quies monachorũ. Ubi labor & disciplina: ibi ꝓfectus religiosorũ. Ubi risus & dissolutio: ibi fugit deuotio. Ociosus & verbosus raro cõpunctus: raro a delicto purus vbi ꝓmpta obediẽtia: ibi leta ꝓsciẽtia. Ubi fabulatio longa: ibi opis negligẽtia. Ubi ꝓprĩa exquisitio: ibi charitatis defectus. Ubi doctrina xpi viget: ibi salus aĩe crescit. Ubi fratrũ cõcordia: ibi dulcis melodia. Ubi mediocritas seruat: ibi virtus cõcordie diutius pseuerat. Ubi discretio ĩ corripiẽdo culpas aliorũ custodit: ibi nemo iuste cõqueri debet nec facile ꝓlato indignari. Uñ quidã. Oĩnibus adde modũ: modus est pulcerrima virtus. Ubi patiẽtia: ibi magna hostis victoria Ubi turbatio intrat: ibi pax cito de domo recedit. Claude oris ostium: & pondera verba tua anteꝙ loquaris. Ubi fides & veritas: ibi pacis securitas. Ubi dolus & neꝙcia: ibi stulta cogitatio et ceca prudẽtia. Ubi charitas: ibi spũs sctũs. Ubi leuis suspitio: ibi frequẽs indignatio. Ubi veritatis cognitio: ibi rectꝫ cordeleticia. Ubi ficta narratio: ibi sepe amici deceptio latet. Ubi hũilis cõfessio: ibi facilis venie impetratio. Ubi terrena sapia deficit: ibi diuina ꝓtectio amplius est inuocãda Quicũqꝫ maliciose iniusta ptẽdit: ipse malũ finẽ cõsequeẽ. Pax multa bñ agẽti: & ad patientiã se ꝓparãti. Ue impio in malo. & ficto in bono: qz nemini plus nocet iniqtas sua ꝙ ipsa sibi. Ubi duplicitas: ibi incõstãtia & mlta nequicia. Bñ simplici & iusto fine dolo: qz deus cũ eo: dirigẽs oĩa opa ei⁹ itinere recto. Qui verbũ suũ male seruat: ꝗs facile ei credet: Qui aũt verbũ suum in melius mutat: verbũ veritatis nõ infringit. Delectabile est bona audire: ꝙ laudabile magis ope exercere. Optima collatio: vite emendatio. Fructus bone collatiõis abstinere a pctis: & proficere in virtutibus. Fructus deuote oronis vnire cor suũ cũ deo in feruore sancti spũs. Ille deuote orat: qui oĩa vana a se excludit. Qui imaginẽ crucifixi sibi ꝓponit: diaboli/ca fantasmata cito repellit. Pulcra aĩe imaginatio. passiõis xpi iugis recordatio. Qui sacra iesu vulnera ꝗtidie pensat: mentis sue vulnera mitigat purgat & curat. Qui oĩa terrena tanꝙ lutũ vilipẽdit nec honores desiderat: cordis mũdiciã acquirit: & ideo libere vacare põt. Ille deũ summe laudat & honorat: ꝗ seipm ꝓfunde hũiliat: & defectus suos caute cõsiderat gemit & plorat. Magnus clamor in auribus dei: vera ꝓtritio cordis ex ore hũilis pctoris. Quicqd boni facis: ad laudẽ dei facias. Qui virtutes suas & alioꝝ qlibet opa bona simplr & integre pure & libere ad laudẽ et honorẽ dei refert: totũ deo ascribẽdo. nil meritis suis nec viribꝰ attribuẽdo: ꝙ ab oibus se spoliat & denudat: supbiaꝫ inuidiã & vanã gloriã fundit⁹ calcat & necat Eterna nanqꝫ gloria & honore se ꝓuat: ꝗ in se & nõ in deo solo sũmo bono gaudet. Ideo qꝫ btã ỽgo maria ꝓ maximis donis sibi collatis in suo deuotissimo cãtico iubilãs dicit. Exultauit spũs meus: in deo salutari meo. Qui se aliqd esse putat cũ nihil sit: seipm seducit ait apls paulus. Qui in terciũ celũ raptus nõ est ex ỽ elatus: ꝙ qcqd boni fecit docuit & dictauit: ỽ totũ fideliter deo attribuit dicẽs. Gra dei sum id qꝺ sum.

De imitatõe sanctissime vite dñi nostri iesu xpi. Capl'm. XVII.

Quod vni de fratribus meis fecistis: q mihi fecistis. Notate ỽba: signate misteria: imitamini exẽpla. Qui fratri indigẽti subuenit: iesũ ꝓ manũ retinet. Qui onꝰ sibi impositũ patiẽter sustinet: iesũ & hũc crucifixũ in humeris suis portat. Qui fratri cõtristato solacioso verbũ rndit: osculum amoroso ori iesu tribuit Qui alterius culpã plangit & ꝓ eo veniã petit: pedes iesu lauat & extergit. Qui irascentẽ ad pacẽ reformat: lectulũ floridũ iesu in aĩa portat Qui fratri in mẽsa meliora qꝫ sibi apponit: iesum charitatis dapibꝰ & fauo mellis pascit. Qui bonas meditatões de deo assumit: iesũ ĩ thalamũ cordis sui introducit. Qui fratri librũ sacre lectõnis porrigit: vinũ optimũ ori iesu ꝓpinat. Qui ociosa ỽba loqꝺ phibet: muscas de mẽsa iesu expellit. Qui detractões audire rẽnuit & loqntes inhoneſta corripit: nigrũ canẽ de domo iesu baculo ferit & fugat. Qui infra refectionẽ bñ & distincte legit: ꝓuidẽs in mẽsa iesu pcko celesti letificat & ĩebriat: si tiẽtes. Qui male legit saporẽ cibi minuit: & q

